

De Aristaeneti epistulis.

Dissertatio inauguralis

quam amplissimi

philosophorum Vratislaviensium ordinis

consensu et auctoritate

ad summos in philosophia honores

rite capessendos

una cum thesibus

die VII mensis Decembris anni MCMVII hora XII

in Aula Leopoldina

publice defendet

Iosephus Pietzko

Silesius

Adversarii erunt:

Ios. Wolko, cand. phil.

V. Münch, cand. phil.

Vratislaviae

Typis societatis typographorum Vratislaviensium

MCMVII.

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit
Riccardus Foerster.

Examen rigorosum habitum est die XVII mensis Iulii.

RICCARDO FOERSTER

S.

Procemium.

Raro hodie fit, ut Aristaeneti epistulas aliquis legat, neque tamen dignae sunt quae plane oblivione obruantur; nam praebent exemplum utile ad rationem illam demonstrandam, qua sophistae et rhetores recentiores usi sunt, ut discipulos suos docerent ex meliorum auctorum flosculis epistulas et fabellas eleganter pangere. Omnes qui Aristaeneti epistulas legerint, artem auctoris, qua undique collectos flosculos ita conexuit, ut una epistula exsisteret, admirabilem esse concedent, ac dolendum est, quod de auctore nihil nisi aetatem qua vixerit scimus. Ex primi enim libri epistula XXVI, in qua mentionem facit Caramalli[1]) pantomimi, qui ipse non longe ab aetate Sidonii Apollinaris florebat[2]), aetatem Aristaeneti concludere possumus. Omnes autem reliquas res vitae eius ignoramus, quin etiam fuerunt, qui — mea quidem sententia iniuria — dubitarent, num auctori revera nomen Aristaenetus fuerit. Sed vel ad aetatem scriptoris cognoscendam aliquid fructus redundabit, si de arte qua usus est et de auctoribus quos secutus est, constiterit.

Quod E. Rohde et E. Norden docuerunt scriptores eroticarum epistularum et fabellarum inprimis descriptionibus

---

[1]) ἕνα δὲ μόνον προσφυῶς μιμουμένη τὸν Καράμαλλον τὸν πάνυ ἁπάντων ἔχεις τὴν μίμησιν ἀκριβῆ.

[2]) Mercerius et Boissonadius senserunt quidem, quanti momenti mentio illius Caramalli esset, neque tamen quidquam concludere ausi sunt, quod ad aetatem Aristaeneti ipsius pertineret. Quicunque vero Aristaeneti verba et Sidonii Apollinaris versus carm. XXIII, 268—71: *coram te Caramallus aut Phabaton clausis faucibus et loquente gestu, nutu, crure, genu, manu, rotatu. . .* contulerit, Caramallum Consentii illius a Sidonio laudati et Aristaeneti eundem fuisse iudicabit. Aristaenetus igitur medio saeculo quinto floruit. — Cf. praeterea Schraderum in praefat. edit. Musaei p. XXV sq.

(ἐκφράσεσιν) usos esse, ut argumentis eroticis ornamentum quoddam afferrent, et in ipsis omne κάλλος ὀνομάτων, σχημάτων, ῥυθμῶν[1]) adhibuisse, id etiam de Aristaeneto valet. Nam is quoque tales ἐκφράσεις ex illis auctoribus consarcinavit, qui et ipsi seu in epistulis eroticis seu in descriptionibus, quae εἰκόνες vocabantur, his rebus studuerunt. In primis huc Philostratus senior pertinet, in cuius imaginibus Aristaenetus perfectas ἐκφράσεις invenit. Duae igitur mihi dignae res videntur,* quae hac commentatione tractentur, primum epistularum argumenta et stilus, tum potissimi fontes imprimisque ratio, quae inter Aristaenetum et Philostratum intercedit.

Priusquam autem ad rem ipsam accedamus, ea opera et commentationes afferam, quae in scribenda hac quaestione potissimo subsidio mihi fuerunt.

E. Rohde, Der griechische Roman und seine Vorläufer. Editio altera. Lipsiae 1900.
E. Norden, Die antike Kunstprosa. Lipsiae 1898.
Carolus Dilthey, De Callimachi Cydippa. Lipsiae 1863.
W. Schmid, Der Atticismus. Stuttgart 1887—96.
" Pauly-Wisssowa, s. v. Aristaenetus.

Partem exemplorum mihi tractandorum iam cum alii ut Mercerius tum Boissonadius in editione Aristaeneti epistularum et Iacobsius in editione imaginum Philostratorum observaverunt; sed cum et ipse ea invenerim, certis signis a reliquis distinguere superfluum mihi visum est.

Iam perquiramus quasnam res Aristaenetus epistulis tractet, ut disceptare possimus, utrum rhetoribus et sophistis nisus illas conscripserit an nova argumenta fabellasque finxerit. A sophistis enim atque rhetoribus certa argumenta, quae identidem tractari solebant, valde adamata esse Rohdius docuit. Prima igitur quaestio erit, num Aristaenetus in argumentis tractandis a rhetoribus pendeat.

---

[1]) Cf. Norden, Die antike Kunstprosa, pag. 436.

Caput I.

A. De argumentis amatoriis ab Aristaeneto propositis.

Inter Aristaeneti epistulas tres praecipue eminent et amplitudine et rebus tractatis, si argumenta a sophistis adhibita respicimus. In primi libri epistula decima. Aristaenetus de Acontii in Cydippam amore narrat, quam fabulam e Callimacho fluxisse Carolus Dilthey[1]) demonstravit, neque dubitandum est quin illa fabula sophistis fere tritissima fuerit. Aristaenetus omnes res singulas, quas a sophistis novit, descriptionibus exornavit et amplificavit.

Altera quoque fabula, quam Aristaenetus in epistula XIII primi libri explicat, apud plurimos rhetores invenitur, dico fabulam de Antiocho, qui clandestino amore in patris alteram uxorem exardescit et dolo medici ad explendum desiderium perducitur. Eandem fabulam tractant: Appianus Syr. 59—61, Plutarchus Demetr. 38, Lucianus de dea Syr. 17, 18, Iulianus Misopog. p. 346—49, Valerius Maximus V 7 ext. 1 multique alii scriptores.[2])
Aristaenetus sane nonnulla mutavit, in argumento vero fabulae maxime cum Heliodoro congruit, qui eandem rem in IV. libro historiarum Aethiopicarum narravit, quamquam dici non potest Aristaenetum Heliodorum hoc loco compilasse; nam ut infra videbimus, nihil exstat quod certo Heliodoro tribuatur praeter nomina;

est enim medico Heliodori nomen Acestinus,
„ Aristaeneti „ Panacius,
amore flagrat apud Heliodorum Chariclea,
„ „ „ Aristaenetum Charicles,
patri apud Heliodorum est nomen Charicles,
„ „ Aristaenetum „ Polycles.

---

1) De Callimachi Cydippa.
2) Cf. Rohdium, Roman, pag. 57/58.

Rohdius[1]) Aristaenetum nominum permutatione Heliodorum illudere conatum esse recte statuisse mihi videtur.[2])

Tertia quoque fabula, quam in Aristaeneti epistula XV primi libri legimus, apud complures sophistas occurrit; agitur de Phrygii in Pieriam amore, re tritissima ex Milesiacis sumpta.[3]) Miletus et Myus urbes inter se discordant, neque legationes neque oratores pacem restituere possunt; quod autem illis non contigit, id virgo pulchra assecuta est, cuius, cum ad Dianae sollemnia celebranda venisset, Phrygius, Mileti rex, amore exardescit et preces eius exaudiens pacem cum Pieriae sponsae popularibus facit. Quae fabula ab Aristaeneto verbose tractatur nec quicquam intermittitur, quod amorem illum quo modo et qua occasione ortus sit, amplissime explicet.

Inter ceteras fabellas quas Aristaenetus in epistulis narrat, plurima argumenta ad comicos[4]) redeunt, quos haud scio an non inspexerit, sed a sophistis sumpserit; alias fortasse ex scriptis perditis de amore, de pulchritudine[5]) similibusque deprompsit. Sed haec hactenus; iam videamus quae singillatim in argumentis eroticis explicandis a sophistis et rhetoribus libaverit.

B. De rebus singulis quae in Aristaeneti epistulis cum rhetorum artificiis amatoriis congruunt.

Rhetores adamant naturam eiusque pulchritudinem praedicare et describere;[6]) quae consuetudo etiam apud Aristaenetum apparet cum in epistulis I. 7, I. 10, tum in epistula I. 3. Sed haec leviora, illud autem multo gravius, quo de amore et rebus amatoriis agitur. E sescentis rebus singulis haec afferantur:

1. Amorum scriptores eo artificio utuntur, ut amantes in sacrorum religione obeunda primum se conspexisse

---

1) Roman p. 59.

2) Quod Schmidius Heliodorum inter fontes Aristaeneti enumerat. (cf. P.-W. Real-Enc. s. v. Aristaen.), hoc de nostro tantum loco dici potest.

3) Eadem fabula narratur a Polyaeno VIII. 35, Plutarcho de virt. mul. vol. II. p. 25 (Wyttenb.), Seneca Exc. controv. VII.

4) Cf. Wolfgangi Volkmann ‚Studia Alciphronea‘ Vratisl. 1886. Th. Kock, Herm. 21 p. 372/410.

5) Cf. Norden, Kunstprosa, I. 439, annot. 4.

6) Cf. Rohde, Roman, p. 152.

narrent;[1]) quam rem Aristaenetus adhibet in epistulis I. 5, I. 10, I. 15, II. 2.

Nonnulla similia ex aliis amatoriis fabulis protulisse satis est: Heliodor. III. 1, Chariton. I. 1, Nicet. Eugen. III. 101 sq; plures auctores Rohdius affert pag. 155.

2. Amantes primo aspectu amore inter se exardescunt[2]) quasi aculeis in ipso primo visu transfixi. Quae res invenitur apud Aristaenetum in epistulis I. 10, I. 15, II. 2, II. 18.

   Conferri possunt Xenoph. Ephes. I. 3, 1. Heliod. IV. 5, p. 84. Achilles Tatius I. 4, 4. Chariton I. 1, 6. Theocrit. II. 82, III. 42. [Vergil. bucol. 8, 42. Ovid. her. 16, 133.]

3. Iuvenis vel virgo, qui antea Cupidinis Venerisque potestatem contempserunt, eo acrius sagittis Cupidinis vexantur et superantur.[3]) Cuius rei Aristaenetus exemplum praebet clarum in epistula I. 10.

   Similia leguntur apud hos quoque auctores: Xenoph. Ephes. I. 1, 2. Heliod. III. 17, p. 94. Chariton II. 4, 4. VI. 4, 5.[4])

4. Vehementes animi motus et dolores et quomodo superentur, sophistae libenter describunt.[5]) Hoc quoque Aristaenetus illustrat in epistulis I. 6, I. 10, II. 5.

   Similia nonnulla exempla ex aliorum auctorum scriptis afferantur: Catull. 68, 73—88. Propert. I. 19, 7. Ovid. her. XIII.[6])

5. Nonnumquam nutrix intercessionem suam interponit;[7]) exempli gratia affero Aristaeneti epistulas I. 7 et II. 5, quibuscum congruunt: Ovid. met. 14, 703 sqq. Achilles Tatius II. 10 sq.

6. Ad pulchritudinem iuvenis vel virginis demonstrandam scriptores amorum omnes partes corporis

---

[1]) Cf. Dilthey, Cydipp. p. 49, Rohde, Rom. p. 155, M. Schnepf, de imitationis ratione, quae intercedit inter Heliod. et Xenoph. Ephes. Kempt. 1887, p. 10 sq.

[2]) Cf. Rohde, p. 158. Dilthey, p. 56.

[3]) Cf. Dilthey, p. 43 sqq. Rohde, p. 156 sq. Schnepf, l. c. p. 32.

[4]) Simile apud Ovidium met. I. 456 sqq. Theocrit. I.

[5]) Cf. Rohde, p. 111/12.

[6]) Vide etiam quid Rohdius de hac re censuerit p. 112, 3.

[7]) Cf. Rohde, p. 174.

singulas depingunt, ut Aristaenetus in epistulis I. 1, 2, 7, 10, 12, 16, 19, 26; II. 5, 10, 21, quibuscum conferantur: Theod. Prodr. Rhod. et Dos. I. 39, sq. Nicetas Eugenian. I. 123 sqq. Quantopere haec sophistarum consuetudo temporibus Byzantinis viguerit, Rohdius permultis exemplis demonstravit.[1])

7. Amoris in homines effectus: a Cupidine vulnerati secum ipsis loquuntur, in solitudinem se recipiunt, cum arboribus rupibusque queruntur; quae Aristaenetus inseruit in epistulas I. 10, II. 5, II. 10. Similiter Achilles Tatius I. 6. Heliod. I. 8. Nonn. Dion. 33, 263.

8. Saepius apud rhetores agitur de meditationibus artificum, qui insano amore operum picturae vel sculpturae ab ipsis factorum capti sunt.[2])

Aristaenetus quoque hac re usus est et in epistula II. 10 talem pravam artificis contentionem narravit. Eandem rem tractant: Philostratus vit. soph. p. 101/102[2]), Severus.[3])

9. Malum in ritibus nuptialibus magni momenti est,[4]) quod intellegitur ex Aristaeneti epistulis I. 10 et I. 25.
Similia habes apud Lucianum dial. mer. 12, 1.
Alciphronem III. 26, 2.
Nonnum Dionys. 42, 54 sq.

10. Auctores erotici saepe de more vestigia amatorum sequendi loquuntur, ut Aristaenetus in ep. I. 10. Apollod. II. 5, 11. Athenaeus III. p. 83 c. Nonn. Dionys. 42, 54 sq.

11. Et in sollemnibus celebrandis et in cenis amantibus occasio datur amorem inter se confitendi.[5]) Sic apud Aristaenetum in ep. I. 25. Achill. Tat. II. 9. Ovid. art. am. I. 576.[6])

12. Saepe vituperatur mulierum studium defectus et vitia corporis remediis artificiosis tegendi, praecipue

---

[1]) Cf. Rohde, p. 365.
[2]) Cf. p. 47.
[3]) Cf. Walz, rhet. gr. I. 538 et 546.
[4]) Cf. Dilthey, l. l. p. 112 sqq. Rohde, p. 493.
[5]) Cf. Rohde, p. 175.
[6]) Vide etiam Lucian. dial. mer. 5, 2, 62. Meleag. Anthol. Palat. V. 171. Long. I. 24, 4.

colorem fuco mentiendi.[1]) Aristaenetus huius rei mentionem facit in ep. I. 25.

Similia inveniuntur apud Musonium π. κουρᾶς p. 115/16 ed. Hense[2]), Achill. Tat. II 38, Nicostr. π. γάμου (apud Stob. flor. 74, 62).

At haec satis sint ad rationem ostendendam, qua Aristaenetus cum rhetorum usu atque consuetudine in argumentis et eligendis et explicandis cohaereat.

Iam oritur quaestio, quantopere Aristaenetus etiam reliquis rhetorum praeceptis ad stilum et genus dicendi pertinentibus usus sit. Quam rem nunc breviter perstringamus.

C. De Aristaeneti genere dicendi.

Sophistarum, inprimis scriptorum eroticorum, erat stilum siccum et simplicem, quem Graeci ἀφέλειαν appellant, excolere. Quam simplicitatem unusquisque observabit, qui unum vel alterum illius aetatis auctorem legerit. Eidem stilo Aristaenetus quoque operam dedit, et apud eum eadem ἀφέλεια invenitur, quae imprimis hac re conspicitur, quod breves tantum sententias praebet, phrases singulas non hypotactice sed paratactice iungit, ad usum asyndeti valde inclinat.[3]) Hic paululum subsistamus; in phrasibus enim paratactice iunctis praecipue conspicuum est, quanta levitate Aristaenetus verborum tempora permutaverit,[4]) et operae pretium est paucis hanc Aristaeneti consuetudinem ostendere.

a. De verborum temporibus commutatis.

In phrasibus paratactice iunctis Aristaenetus copulat:

1. praesens et aoristum:

I. 2. ἄπιτε — ἀπόθεσθε — παύσασθε, 4. ἕπου — μάνθανε — συναπόλαυσον. 5. ἀνεφάνη — φησίν. I, 11. ᾐσθόμην — οἶδα. 14. ἴστε — φήθητε. 20. ἐρᾷ — προδιώρισε. I, 22. ἤρετο — φησίν, II, 13. ὑποκνίζῃ — φήθῃς.

---

[1]) Cuius rei exempla affert Wilhelm in Mus. Rhen. 57, p. 64 sq.

[2]) Hense, Musonii Rufi reliquiae, Lipsiae 1905.

[3]) Cf. Rohde, p. 551.

[4]) Multa exempla, quae hanc sophistarum consuetudinem illustrent, Guil. Schmid Atticismus III. p. 74, IV. p. 79, collegit.

2a. perfectum et aoristum:

I. 1. ἐνδεδυμένη — ἐκδῦσα, 5. γέγονε — ἀπέγνω, 5. ἀπέσταλκε — ἀπέσωσεν, 7. γέγονε — ἠρυθρίασε. 22. ἀνέστησε — πεφίληκε — ξυνέβη. 26. τεθαύμακε — ἠράσθη. II, 10. γέγραφα — ἠράσθην, 10. ἐπέθηκα — ἠγκαλισάμην — ἐπιβέβληκα.

2b. aoristum et perfectum:

I. 1, ἔκρινα — ἀπέδωκα — πεφιλοτίμηται. 4. ἐστοχασάμην — πέπεικα. 9. ὤλισθεν — πέπτωκε. 10. εἶπεν — ἀκήκοεν. 13. συνελογίσατο — πέπεικε. 14. ἔδοξα — μεμελέτηκα. 16. εἶδον — τεθεώρηκα. 16. ἀνέκλασε — πεφίληκεν. 17. ἡττήθην — ἠπόρηκε.

II. 1. ἔπταισε — δέδωκε. 2. μετεστράφην — τετόξευμαι. 18. ἀπέλιπον — περιπεφρονήκασιν.

3a. praesens et imperfectum:

I. 3. μελῳδοῦσιν — κατηκούομεν. 14. παρέχετε — ἔφητε. 24. μετάγει — ἐποιεῖτο.

3b. imperfectum et praesens:

I. 22. ἐδάκρυε — ἀποπέμπεται. 24. ἐθεώρει — παρακαθέζεται.

4a. perfectum et imperfectum:

I. 15. γέγονε — ὡμολόγει. 16. γέγονα — συνηδόμην. 22. λελύπηκα — ἐπλημμέλουν. 23. δεδράμηκεν — ἐθαύμαζε.

4b. imperfectum et perfectum:

I. 6. οἷα τε ἦν — γέγονε. 7. ἠφίει — πεπίστευκε.

5a. aoristum et imperfectum:

I. 4. ἐμειδίασεν — διεμέμφετο. 11. ἥσθη — ἠφίει. 13. ἥλατο — ἐδόκει. 13. ᾐσχύνθη — ἠρυθρία.

II. 18. διεθερμάνθη — ἐταράττετο. 18. συνεδείπνησε — ἀπεγεύετο. 19. ἦλθεν — ἐφάνη — ᾖδεν — ἐκρίθη.

5b. imperfectum et aoristum:

I. 4. ἐδήλου — κατειρωνεύσατο. 5. ἀνεκρούετο — συνδιέλυσεν. 16. ἐμάλαττε — προσεγέλασεν. 19. ἀνεῤῥιχᾶτο — ἀνήρπασε.

II. 14. ἐπέχαιρον — ἀπέβη.

Alia res, qua Aristaeneti epistulae et omnia scripta amatorii generis conspicua sunt, rhetorica quaedam dictio est, quam quibus artificiis assecutus sit ea quae sequentur docebunt.

b. De proverbiis.

Rhetores orationis exaugendae et ornandae causa proverbia et proverbiales elocutiones valde adamaverunt,[1] cui rei Aristaenetus quoque diligentissime studuit et ubicunque potuit proverbia tritissima intexuit. Hoc optime apparebit omnibus proverbiis allatis; sunt autem haec:

I. 4. ἐκ τῶν ὀνύχων τεκμαίρομαι τὸν λέοντα.
10. ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ προσπελάζει.
11. καὶ (τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο) ἐδόκει τῇ κεφαλῇ ψαύειν τοῦ οὐρανοῦ.
12. καὶ παροιμιαζόμενοι δέ φασιν, τοσοῦτον φίλος, ὅσον ὁρᾷ τις ἐναντίον.
14. δύο δὲ κακῶν εἰς αἵρεσιν προκειμένων τὸ μετριώτερον αἱρετέον.
17. ὄνος λύρας.
17. ῥανὶς γὰρ ὕδατος ἐνδελεχῶς ἐπιστάζουσα καὶ πέτραν οἶδε κοιλαίνειν.
17. κοινὴ γὰρ ναῦς, κοινὸς κίνδυνος ὁ παροιμιώδης διετάξατο λόγος.
25. εὑρήσω κἀγὼ τοιοῦτον ἢ ἑτέραν ἀλώπεκα (καὶ τοῦτο δεδόχθω) ἢ σίδηρος ἐλαυνέσθω σιδήρῳ.
27. ἔνθα, φασίν, ἄνεμος οὔτε μένειν οὔτε πλεῖν ἐᾷ.

II. 1. ἐκ τριχὸς κρεμάμενος καὶ σκιᾶς εἴδωλον γεγονώς.
1. ὅρα μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀπορρήξωμεν πάνυ τείνοντες τὸ καλώδιον.
1. δελφῖνα διδάσκων νήχεσθαι.
3. ἐγὼ γὰρ τὸν λύκον τῶν ὤτων ἔχω.
6. εὗρεν οὖν ἡ μάχαιρα κολεὸν ἄξιον ἑαυτῆς.
7. ἅμα ἔπος ἅμα ἔργον.
12. ἄρκτου παρούσης, φασίν, οὐκ ἐπιζητήσω τὰ ἴχνη.
17. πρὸς κῦμα πρὸς πνεῦμα πλεῖν οὐδὲν αὐτῷ διαφέρει.
18. ὁ Κρὴς ἐδόκει τὴν θάλατταν ἀγνοεῖν.
20. ἡ δὲ τὴν ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσιν ὧδε ἐρεῖ, ἐμοὶ προσλαλῶν εἰς πῦρ ξαίνεις, γύργαθον φυσᾷς, σπόγγῳ πάτταλον κρούεις.
21. αἱ γὰρ Χάριτές σου παντελῶς ἄδολοι καὶ ἀληθῶς κατὰ τὴν παροιμίαν γυμναί.

Haec de proverbiis. Alia res, cui rhetores magnopere studebant, sunt comparationes, ad quas cognoscendas iam pergamus.

---

[1]) Cf. Guil. Schmid l. l. I. 411, II. 263, III. 302, IV. 491.

c. De comparationibus.

Comparationes apud rhetores maxime a particula ὥσπερ aut καθάπερ, rarius simplici ὡς et οἷος incipiunt;[1]) afferantur autem exempla haec:

a. ὥσπερ:

I. 1. ὥσπερ κυπάριττος ἢ φοῖνιξ. 7. ὥσπερ καὶ τὸ τῶν ἄστρων πῦρ. 10. ὥσπερ δὲ χρυσόπολις ἡ πόα. 12. ὥσπερ κολοιὸς ἀεὶ παρὰ κολοιόν. 25. ὥσπερ ἐκ στομάτων.

II. 4. ὥσπερ βέλη. 18. ὥσπερ βοῦς.

b. καθάπερ:

I. 3. καθάπερ νῆες ταχυναυτήσασαι. 21. καθάπερ εὐνοῦχος. 28. καθάπερ ἐν λευκῷ λίθῳ.

II. 5. καθάπερ αἴγλη τις ἡλίου πάλλεται.

c. οἷος:

I. 1. οἷα φυτὰ κινεῖ ζεφύρου πνοή. 10. οἷον ἀστέρες ἀνταυγοῦντες ἀλλήλοις.

II. 21. οἷον οὔτε ἰχθὺν ἁλιεὺς εἵλκυσεν.

d. ὡς:

I. 6. ὡς φυτὸν ἐν τῇ γῇ. 19. ὡς τρυφερώτερον καὶ τῶν ῥόδων.

II. 4. ὡς λαμπρὸν ἀνέτειλεν ἄστρον. 20. ὡς γὰρ λύκοι.

e. aliae comparationes:

II. 1. ἔοικε λειμῶνι καὶ ὅπερ ἐκείνῳ τὰ ἄνθη, τοῦτό γε ταύτῃ τὸ κάλλος, quam comparationem Aristaenetus ample et verbose persequitur.

11. ἔοικα γοῦν κυβερνήτῃ ὑπὸ δυοῖν πνευμάτων ἀπειλημμένῳ e. q. s.
19. εὐστόμως ᾖδον, ἴσα καὶ Σειρῆνες.

Quibus ex exemplis apparet, quantopere comparationes Aristaeneto gratae fuerint.

Addo asseverationes deorumque invocationes.

d. De formulis quibus dei invocantur.

Quae formulae variae sunt et ei sane dei respiciuntur, qui contextui respondent.[2]) In Aristaeneti epistulis praecipue invocantur:

---

[1]) Cf. Schmid l. l. II. p. 257/58.

[2]) Cf. Schmid l. l. I. p. 421, IV. 529.

Ζεύς:

a. μὰ Δί' οὔ. I. 10. b. πρὸς Διός[1]): I. 13; II. 9, 19. c. νὴ τὸν Δία: I. 13. 12. ναὶ μὰ Δία. 21. οὐ μὰ Δία.

Ἄρτεμις:

I. 6. νὴ τὴν Ἄρτεμιν. 11. νὴ τὴν Ἄρτεμιν. 10. μὰ τὴν Ἄρτεμιν.

Ἀφροδίτη:

I. 1. ὦ πότνια Ἀφροδίτη. 8. νὴ τὴν Ἀφροδίτην. 22. πρὸς τῆς Ἀφροδίτης. 27. πρὸς τῆς Ἀφροδίτης.

Ἥρα: I. 19. νὴ τὴν Ἥραν.

Ἀπόλλων: I. 4. νὴ τὸν Ἀπόλλωνα; II. 1. Ἄπολλον ἀποτρόπαιε.

Aliae formulae sunt:

πρὸς θεῶν: I. 5, 22; II. 4, 7, 15.
νὴ θεούς: I. 4. ὦ θεοί: II. 1.
νὴ τοὺς Ἔρωτας: I. 7, 22, 27; II. 13, 16, 21 (νὴ τὸν Ἔρωτα).
νὴ τὼ Θεώ: I. 19, 27.
ὦ γῆ καὶ θεοί: II. 20. πρὸς τοῦ σοῦ Ποσειδῶνος: I. 7.
ὦ φίλε Διόνυσε: I. 18. νὴ τὰς Χάριτας: I. 3, 14, 27.
πρὸς τῶν Χαρίτων: I. 11. νὴ τὰς Μούσας: II. 5, 19.
νὴ τὰς Κωλιάδας Νύμφας: I. 3.
νὴ τὰς φίλας Ὥρας: I. 11. νὴ τὴν Δίκην: I. 21.
νὴ τὴν Διώνην: I. 19.

D. De rhetorica dictione.

Ex illis iam exemplis, quae adhuc enumeravimus, satis intellegitur Aristaenetum operam dedisse, ut praeceptis rhetoricis satisfaceret; accedit autem magna copia illorum artificiorum et figurarum, quae apud omnes rhetores in deliciis erant et ubicunque fieri potuit adhibebantur. Qui rhetorum mos etiam apud Aristaenetum nobis occurrit, et ex ipsius epistulis tritissimas figuras rhetoricas nunc afferamus.

I. De asyndetis.

Aristaenetum brevitatem stili adamasse iam supra (p. 7) commemoravimus; quam brevitatem, ut erat mos, usu asyndeti effecit

[1]) De formulis, quae praepositione πρός efficiuntur, idem valet quod Guil. Schmid observavit. Cf. Atticism. IV. p. 530. Hae enim formulae etiam ab Aristaeneto semper fere tantum in interrogationibus et imperativis usurpantur.

et compluribus vocibus et elocutionibus ἀσυνδέτως coniunctis. Cuius figurae inveniuntur haec exempla:

α. Complures voces ἀσυνδέτως coniunctae:

I. 1. Ἥρας, Ἀθηνᾶς οὐκ ἔκρινα. I. 10. διδάσκει τὸν νέον, τὸ μῆλον, τὸν ὅρκον. I. 20. ἔστω, δεδόχθω; I. 20. γέγονε, περιεφρονήθη. I. 26. Πολύμνιαν, Ἀφροδίτην ἔχουσιν οἱ θεοί. I. 27. παράμενε προσᾄδων, ἐπαγρυπνῶν.

β. Asyndeta in compluribus elocutionibus:

I. 1. ψῆφον οὐκ ἔκρινα, μῆλον οὐκ ἀπέδωκα. 2. ἄπιτε, ἀπόθεσθε τὴν ἔριν, παύσασθε ζυγομαχίας. 4. δεῦρο, πλησιαίτερον προσμίξωμεν. 6. σίγα, ἔχε ἡσυχῇ. 6. πειθαρχήσω τῷ ἔρωτι, ἀμελήσω τοῦ πόθου, ἀμφότερα μ'ἐκράτει. 10. εἶπεν ἡ παῖς, ἀκήκοεν Ἀφροδίτη. 13. εἶπεν εὐμεθόδως, συνελογίσατο δυνατῶς. 17. ἔγνων ἑταίρας, ἐνέτυχον θεραπαίναις, ὁμοζύγων πεπείραμαι. 19. βλέμμα προσηνές, μέτριον ἦθος, μειδίαμα σεμνόν, κόμην ἀφελῶς πεπλοκισμένην, καλύπτραν σεμνήν, βραχυλογίαν ἐν φωνῇ. 16. μηνύομαι — ἔνδον εἰσπορεύομαι. II. 1. νέος ἔπταισεν, δέδωκε δίκην. 5. αἰσχύνομαι τὸ πάθος, ἐγκαλύπτομαι τὴν νόσον, δέδοικα προσλαβέσθαι. 10. ἐπέθηκα τῇ κλίνῃ, ἠγκαλισάμην, ἐπιβέβληκα τῷ στήθει. 12. ἀπίτω θηριώδης, ἔστω, δεδόχθω, οὐδὲν ἀμφιβάλλω. 19. ἦλθεν, ἐφάνη, ἐμμελέστερον ᾖδεν, ἐκρίθη καλός. 20. εἰς πῦρ ξαίνεις, γύργαθον φυσᾷς, σπόγγῳ πάτταλον κρούεις. 21. τῷ σχήματι, τῷ κάλλει, ταῖς χάρισιν.

2. De polysyndeti usu.

Cuius figurae affero exempla haec:

I. 12. ἄχθεται καὶ στένει καὶ ἀπορεῖ. 13. καὶ τὸ βλέμμα ἐδόκει καὶ τὸ πρόσωπον διέκειτο καὶ... διέγνω τὸ πάθος... καὶ... εἶλεν καὶ ἐταμιεύετο... καὶ ἦν. 13. καὶ τήκεται καὶ ζηλοτυπῶ καὶ οὐ φέρω. 14. μεμελέτηκα βίον καὶ παρατέθηγμαι τὸν νοῦν καὶ γέγονα ξυρὸν καὶ δοκιμάζω. 15. στρατηγοὺς ἀρίστους καὶ μεγάλα στρατόπεδα καὶ πολλὴν συσκευήν. 16. καὶ λαβομένη ἐμάλαττε καὶ προσεγέλασεν καὶ ἦν... 17. καὶ εὐφραίνῃ καὶ διάκεισαι καὶ διατελεῖς. 19. καὶ κάλλει καὶ πλούτῳ καὶ ἀντερῶντος οὐχ ἧττον. 25. νέος καὶ ἐρωτικὸς καὶ οἴνου διαθερμαίνοντος καὶ... 26. καὶ πράγματα γράφεις καὶ λόγους ὑποφαίνεις καὶ ὑπάρχεις καὶ κεχρημένη... καὶ δοκεῖς. 27. καὶ βλέπει καὶ φρονήματος ἐμπέπληκεν. II. 1. καὶ φλέγεται καὶ τεθνήξεται καὶ εἴδωλον γεγονώς. 6. ὑπεραίρῃ καὶ πεφρόνηκας καὶ σοβαρώτερος γέγονας. 11. καὶ ἐρῶ καὶ προσετέθη καὶ συνών. 13. δέομαι καὶ ἱκετεύω καὶ κατασπένδω. 13. ἀσθμαίνουσα καὶ δεδακρυμένη καὶ ἀναστενάζουσα.

3. De anaphora.

a. Posita in interrogationibus:

I. 1. ὅσαι τῆς ὁμιλίας σειρῆνες; ὅσον ἡ γλῶττα στωμύληθρός; 4. οὐδὲ... ἐπαισθάνῃ; οὐδὲ... ἀκήκοας; 12. τίς τεθέαται; τίς ὡμίληκε; 14. τί παρέχετε; τί ἔφητε; 26. τίς οὐ τεθαύμακεν; τίς οὐκ ἠράσθη; 28. τίς ὁ τρόπος; τί δὲ μηχανωμένη; 28. τί πράξω; τί γένωμαι; II. 8. πῶς ἀναιδῶς πρὸς ἐρωμένην; πῶς ἐπιεικῶς πρὸς πενθερὰν ἐκλαλήσω; πῶς συνδιαλέξομαι;

b. Anaphora in reliquis elocutionibus:

I. 1. ἀπίτω φθόνος τοῦ κάλλους, ἀπίτω βασκανία τῆς χάριτος. 3. καλὴ μὲν οὖν ἡ πηγή, καλὴ μὲν οὖν ἡ πηγή. 10. ὡς ὑπερμέγεθες, ὡς πορρωπόν, ὡς ἐρύθημα φέρων. 4. ὡς εὐμήκης, ὡς καλή. 11. ἰδοὺ μειράκιον εὐπρεπές, ἰδοὺ κάλλος ἀκριβώμενον. 11. ἱκανὸν μὲν τὸ ἐπίγρυπον, ἱκανὴ δὲ καὶ ἡ κόμη. 13. πάλιν ἐνέκειτο, πάλιν σωτηρίαν ἐκάλει. 15. οὐχ ὅρμος, οὐχ ἑλικτῆρες, οὐ πλοκίων τὸ πολύτιμον, οὐ περιδέραιον, οὐ Λύδιός τε καὶ ποδήρης χιτών, οὐ πορφυρίδες, οὐ θεράπαιναι. 17. κοινὴ ναῦς, κοινὸς κίνδυνος. 17. ὡς ἐπήβολος, ὡς ἐπιτυχής. 27. ὡς εὐπάρυφον τὸ θερίστριον, ὡς εὔμουσος τὴν φωνήν. 27. οὐ μαστῶν, οὐ περιβολῆς, οὐ φιλημάτων. 28. ἀπεῖπον τὸν νοῦν ἀνελίττων, ἀπεῖπον τοῖς λογισμοῖς. II. 5. ἔτι θαλαμευομένην, ἔτι φρουρουμένην. 5. ἐρρέτω αἰδώς, ἐρρέτω σωφροσύνη, ἐρρέτω καὶ τὸ σεμνόν. 13. μάτην ὑποκνίζῃ, μάτην ᾠήθης. 16. ἐμὲ ποθοῦσαν περιφρονεῖς, ἐμὲ· τὴν ἐρῶσαν ὕστερον ἔχεις.

4. Addantur pauca exempla **geminationis** vel ἀναδιπλώσεως:

I. 24. οὐ πόθος ἐστίν, οὔ. 24. εὐθύς, εὐθύς. II. 4. μεῖνον, ἀνάμεινον. 13. οἶδα, οἶδα. 21. ζώῃς ἐπὶ μήκιστον, εὖ ζώῃς.

Ex exemplis quae protulimus apparet anaphoram ad ornandam et exaugendam orationem saepissime esse adhibitam; idem de annominatione vel παρονομασία dici potest, ad quam figuram iam transimus.

5. De paronomasia.

Ex permultis huius figurae exemplis eligantur gravissima:

α. Polyptota:

I. 12. κάλλος αὐτῷ συναντᾶται καὶ κάλλους ἐφάπτεται. 12. ὥσπερ κολοιὸς παρὰ κολοιῷ. 13. προσδέονται τύχης καὶ τύχῃ διακοσμεῖται. II. 6. μεῖζον τὸ φύσημα τοῦ μητρὸς φυσήματος. 14. καλοῦ παιδὸς καλὴ μήτηρ. 20. ἑλοῦσα τὸν πᾶσιν καὶ πάσαις ἀνάλωτον. 21. πάσαις ἐν πᾶσιν νενίκηκας.

Ut alii rhetores, ita Aristaenetus quoque polyptoti figuram ope verborum ἕτερος, ἄλλος, πολύς adhibet; exempli gratia afferantur:

I. 15. πρέσβεις ἐξ ἑτέρας εἰς ἑτέραν. 24. ἄλλος ἄλλον προσωθεῖ. 26. ἄλλοτε πρὸς ἄλλα. 26. ἄλλος ἄλλῳ διηγοῦνται.

β. aliae annominationes sunt:

I. 1. τὸ μέλαν μελάντατον, λευκὸν λευκότατον. 1. ὁ Μῶμος μωμήσαιτο. 3. εὐπρόσωπος οὖσα ἀπρόσωπος εἶναι δοκεῖ. 3. Λειμώνη λειμῶνα ἐποιεῖτο. 4. ἐστράφην καὶ αὐτὴ ἀνεστράφη. 10. ἐπύθετο τοῦ Πυθίου. 11. κάλλος γε καλόν. 12. τεθαύμακα καὶ διῆλθε τὸ θαῦμα. 12. ἀκοσμήτους οἶδε κοσμεῖν. 13. τὰ μὲν τρέφει καὶ τέρπει, τὰ δὲ παντελῶς ἀνατρέπει. 16. πρόσωπον εἶδον εὐπρόσωπον. 16. ἔρωτι ἀπορρήτῳ ἀπορῶν. 18. ἀμελὴς ἀκόμψων, ἐπιμελὴς εὐπρεπῶν. 18. χρόνου ἰσότης ἐπὶ

ἴσας ἡδονὰς ἄγουσα. 22. γλυκερὰ Χαρίσιον ἐπόθει καὶ νῦν ποθεῖ. 22. ἄκων λελύπηκα, ἑκὼν ἐπλημμέλουν. 23. ἑκάτερον διὰ θάτερον γέγονε δυστυχέστερον. 28. ἀποτρέπει καὶ δυσαπότρεπτον. II. 2. δοῦλόν με θέλεις ἔχειν; ὡς ἐθελόδουλον ἔχε. 8. κἂν τύχω κἂν ἀποτύχω, διχόθεν ἐγὼ δυστυχής. 8. ἀποτρόπαιοί γε ὄντες ἀποτρέψετε. 10. ψυχὴν δι'ἄψυχον ἐρωμένην. 18. οὐκ ὄναρ ἀλλ' ὕπαρ. 20. λύκος οὖν χανών, ὦ Λύκων.

In omnibus fere lex annominationis servata est, quae praescribit, ut παρονομασία non solum formam spectet, sed etiam sensum respiciat. Iam ad aliam figuram saepe adhibitam nos vertamus.

6. De comparibus.

Quam figuram Aristaenetus coniunxit nonnumquam et cum contraposito et cum similiter cadente; sed videamus primo, quae

α. pura comparia inveniantur:

I. 1. ὀφρὺς μέλαινα, τὸ μέλαν ἄκρατον. 1. ἀπίτω φθόνος τοῦ κάλλους, ἀπίτω βασκανία τῆς χάριτος. 3. εὐανθῆ μὲν τοὺς ὄρπηκας, πάμφορα δὲ τὸν καρπόν. 3. ὃ δὲ ψύχει τὸ πτερόν, ὃ δ'ἐκκαθαίρει. 4. οὐ χρόνον μακρόν, οὐ λόγον πολύν. 8. εὖγε τῆς εὐπρεπείας, βαβαὶ τῆς ἐλάσεως. 8. καὶ κάλλει διαπρέπει καὶ ὑπερφέρει τῷ τάχει. (Commutatio.) 10. φαιδροὶ μὲν ὡς καλοῦ, φοβεροὶ δὲ ὡς σώφρονος. 13. τά τε στήθη φιλῶν καὶ τῶν γονάτων ἁπτόμενος. 19. εἶτα λαμπρῶς ἐθαυμάζετο, τὰ δ'οὖν τελευταῖα καὶ δεινῶς ἐφθονεῖτο. 26. ὀνομάσω ῥήτορα, προσείπω ζωγράφον. II. 1. ὅπερ ἐκείνῃ τὰ ἄνθη, τοῦτό γε ταύτῃ τὸ κάλλος. 3. ἀποκοιτήσω λοιπὸν καὶ καθευδήσω χωρίς. 7. ἐγγὺς γὰρ τοῦ σώματος ἡ καρδία, ἡ δὲ ψυχὴ τῶν θυρῶν. (Commutatio.) 10. ἡ τέχνη τὸν πόθον, οὐκ Ἀφροδίτης τὸ βέλος. 10. τῶν παρειῶν τὰς κάλυκας, τῶν βλεφάρων τὴν χάριν. 21. οἷον εἵλκυσεν οὔτε ἰχθὺν ἁλιεὺς οὔτε ὄρνιν θηρευτὴς οὔτε κυνηγέτης νεβρόν. (Commutatio.)

β. Isocola cum contrapositis:

I. 1. ἐνδεδυμένη μὲν εὐπροσωποτάτη ἐστίν, ἐκδῦσα δὲ ὅλη πρόσωπον φαίνεται; hic habes simul etiam annominationem duplicem: ἐνδεδυμένη — ἐκδῦσα, εὐπροσωποτάτη — πρόσωπον. 2. ἀμφότεραι μὲν καλαί, πλὴν οὐδετέραν ποθῶ. 7. λευκὸς μὲν τράχηλος, εὐανθὴς δὲ παρειά. 12. οὐκ ἀρχήν, οὐ τέλος εὕροι τις ἄν. 14. ὑμεῖς μὲν ὀρέγεσθε κάλλους, ἐγὼ δὲ χρημάτων ἐρῶ. 17. ἐρῶσα καρτερεῖ, ὑπεραίρεται ποθουμένη. (Commutatio.) 23. οἱ πεσσοὶ πίπτοντες ἀτυχῶς μὲν ἐμοί, εὐβολώτεροι δὲ τοῖς ἐναντίοις. II. 7. καὶ γυνὴ μὲν καταφιλεῖ, παρθένος δὲ καταφιλεῖται. 15. σὺ μὲν τὸν ἐμὸν ἄνδρα ποθεῖς, ἐγὼ δὲ τοῦ σοῦ θεράποντος ἐρῶ. 21. ὀφρὺς μέλαινα κατὰ λευκοῦ τοῦ μετώπου. 21. καὶ λαλεῖν τῇ καλῇ καὶ ἀκούειν λαλούσης.

γ. Isocola cum homœoteleutis:

I. 4. ἀνακουφίζουσαι τὴν δεξιὰν καὶ ἀκροχειρίζουσαι τὸν κόλπον. 6. πειθαρχήσω τῷ ἔρωτι, ἀμελήσω τοῦ πόθου. 10. πληθούσας μὲν ἀγοράς, στενοχωρουμένας δὲ λαύρας. 10. οὔτε ἡμέραν ἐκείνης μακροτέραν οὔτε νύκτα βραχυτέραν. 11. χλιδῶσα κατ' εὐνὴν καὶ ἐντρυφῶσα τῷ κάλλει. 15. πραότητα μὲν πορίζων, ἀγριότητα δὲ ἐξορίζων. 17. ἔγνων ἑταίρας, ἐνέτυχον θεραπαίναις. 18. πάσας προφάσεις προφασίζῃ καὶ πάσας φωνὰς ἀναφθέγγῃ. 21. ἅπτου τῶν μαστῶν, ἥδιστων ἀπόλαυε φιλημάτων.

21. εἰ γὰρ οὕτω σοι φίλον, οὐδ᾽ ἐμοὶ ἐχθρόν. 22. αἴτιον δὲ ἦν τοῦ βούλεσθαι μισεῖν, τὸ λίαν φιλεῖν. 23. καὶ τὸ μὲν κακόν, τὸ δὲ οὐκ ἄμεινον. 26. καὶ τὼ χεῖρε κινεῖ καὶ τὴν ἐσθῆτα σοβεῖ. II. 1. φέρεις μὲν πῦρ, ἔχεις δὲ ὕδωρ. 1. ὀφθεῖσα φλέγεις καὶ ὁμιλοῦσα τιτρώσκεις. 5. τότε εἰς γόνατα ἡ κεφαλὴ βρίθει, τότε εἰς ὦμον ἐγκλίνει. 11. ἐπὶ τἀναντία μὲν τὴν θάλατταν ὠθούντων, ἐπ᾽ ἀμφότερα δὲ τὴν ναῦν ἐλαυνόντων. 19. οὐκ ὄναρ ἀλλ᾽ ὕπαρ.[1]) 19. τοῦτο γὰρ φίλημα δύναται, καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ βούλεται. 21. οὔτε γὰρ αὐτὴ δύνασαι οὔτε ἐγὼ βούλομαι.

Denique duo ornamenta orationis afferamus, alliterationem et litoteta.

7. **Alliterationis** inveniuntur exempla haec:

I. 7. καλάμου κυρτουμένου. 28. λευκῷ λίθῳ λευκήν. II. 1. λεκτέα λοιπόν. I. 25. μήλου μικρόν. II. 4. μέχρι μέσων ἀναμεῖναι. II. 16. μία μόνη. I. 1. πάρεστιν προσκυνεῖν.[2]) II. 19. παρίτω πάλιν προσᾴδων. I. 9. πάσης προφάσεως — πάσας προφάσεις προφασίζῃ. I. 19. πενιχρᾷ — πρῶτα — πονηρῶς — προϊοῦσα πασῶν. I. 11. πεσσοὶ πίπτοντες. II. 2. περιπέπτωκα πόνοις. I. 24. πλησίον προεώθει. II. 5. πολεμεῖ παιδισκάριον. II. 3. πλάττεται περὶ πραγμάτων. I. 23. πολλὰ παραλογιζόμενος. I. 19. ποθούμενον παιδίον. I. 10. προϊόντα περιεσκόπουν. I. 19. προσεύχετο πᾶσιν. II. 17. πρὸς κῦμα πρὸς πνεῦμα πλεῖν. I. 19. σχῆμα συμπρέπον σωφροσύνῃ. II. 1. χρυσοῦ χαρακτηρίζεσθαι.

8. **Litotetas** denique afferam:

I. 2. οὐκ ἀψετέος. 4. οὐχ ἥκιστα. 5 et 27. οὐκ ἀφυῶς. 15. οὐδ᾽ ἀνυσιμώτερον. 25. οὐ γὰρ ἀπορήσω. II. 6. οὐκ ἀγελαστί. 7. οὐκ ἀφυής. 10. οὐ γὰρ ἧττον. 11. οὐκ ἀμνημονῶ. 15. οὐκ ἀμελήσει.

Haec exempla attulisse satis est ad Aristaeneti artem rhetoricam illustrandam neque dubium est quin eluceat eum omnino praeceptis rhetorum paruisse.

Iam accedamus ad alterum caput, in quo de auctoribus ab Aristaeneto praecipue compilatis agatur.

[1]) Quae verba etiam ab aliis rhetoribus contraponi solent; exempli gratia affero Heliodorum II. 16: καὶ εἴθε γε ὕπαρ ἦν καὶ μὴ ὄναρ; VIII. 11: οἷον γάρ μοι νῦν ὄναρ, εἴτε καὶ ὕπαρ ἦν.

[2]) Ut apud alios rhetores ita apud nostrum quoque in alliteratione maxime ‚π‘ consonam valere R. Foerster observavit.

Caput II.

Quos auctores Aristaenetus inprimis compilaverit.

Sophistae recentiores ex optimis auctoribus sua ipsorum scripta componere studebant et eos argumentis et forma imitabantur. Neque tamen inveniemus sophistam, qui fontes suos tam serviliter exscripserit quam Aristaenetus. Quaecumque enim ex alio auctore sumpsit, nulla fere aut certe parva mutatione in textum suum inseruit, et, id quod non semel accidit, tam laxe conexuit, ut, quod in fonte optime intellegeretur, ad ipsius contextum minime quadraret. Nihilo minus auctorem permultis locis magna cum elegantia et subtilitate ex fontibus ea elegisse concedendum est, quae facillime nullo vestigio relicto ita insereret, ut una quaedam epistula exsisteret. Fontem ipsum Aristaenetus neque nominat neque indicat nisi illis locis, quibus, ut erat mos, familiaritatem suam cum Homero vel Hesiodo initam demonstret.[1]) Inter fontes autem ipsos, ex quibus Aristaenetus hausit, primus Plato nominandus est, ad quem locupletissimum rhetoris nostri fontem iam nos vertamus.

α. De Platonis scriptis ab Aristaeneto compilatis.

Duae res praecipue haud scio an Aristaenetum ad Platonem duxerint: et varietas materiae, quae ei in Platonis scriptis occurrebat, adeo ut omnia fere, quorum indigeret, apud Platonem invenire posset, et studium ‚attice' scribendi; hoc enim iam pridem constat sophistas recentiores et inprimis fabularum romanensium scriptores omnes fere antiquum Atticum sermonem in scriptis suis imitatos esse. Quae igitur Aristaenetus e Platone sumpsit, in textum suum pro puro Attico sermone inserere potuit. Pergratum quoque accidit, quod Plato amplissimas quaestiones de amore praebuit, quas Aristaenetus diligentissime legit et cupide expressit.

---

[1]) Homerum citat in ep. I. 1: ὑακινθίνῳ ἄνθει καθ' Ὅμηρον ἐμφερής. I. 3: ‚ὄγχναι καὶ ῥοιαὶ καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι' φαίη τις ἂν καθομηρίζων. I. 12: ἔφη τις ἂν ἐρωτικὸς ποιητὴς καθομηρίζων ἡμᾶς· ἀσπάσιοι λέκτροιο παλαιοῦ θεσμὸν ἵκοντο. Hesiodus nominatur in ep. I. 10: ‚οὐ τρεῖς καθ' Ἡσίοδον ἀλλὰ δεκάδων περιεχόρευε δεκάς.

At iam videamus quae noster e Platone sumpserit optimeque de compilatione iudicabimus omnibus locis iuxta positis et collatis. Incipiamus ab:

1. Apologia Socratis:

Platonis:	Aristaeneti:
20 D: οὐκ ἔχω ὅτι λέγω οὐδ' ὅπως παύωμαι.	I. 1: οὐκ ἔχω ὅτι λέγω οὐδὲ ὅπως παύωμαι.

2. Ex Euthyphrone:

12 A: τρυφᾷς ὑπὸ πλούτου τῆς σοφίας.	I. 1: τρυφῶσαν ὑπὸ πλούτου τῆς εὐπρεπείας.

3. E Lyside:

204 C: ἐκκεκώφωκε τὰ ὦτα καὶ ἐμπέπληκε Λύσιδος. ἂν μὲν δὴ καὶ ὑποπίῃ, εὐμαρία ἡμῖν ἐστιν καὶ ἐξ ὕπνου ἐγρομένοις Λύσιδος οἴεσθαι τοὔνομα ἀκούειν.	I. 24: ἐκκεκώφωκας ἡμῶν τὰ ὦτα καὶ ἐμπέπληκας Λύσιδος, ὥστε καὶ ἀνεγρομένοις ἐξ ὕπνου οἴεσθαι τοῦ νέου τὴν προσηγορίαν ἀκούειν.

Quo loco non abest suspicio quin Aristaenetus etiam nomen Lysidis a Platone mutuatus personae, de qua agitur in epistula, tribuerit, non ipse excogitaverit; e Lyside etiam sumptum est:

p. 204 E: ἱκανὸς γὰρ καὶ ἀπὸ μόνου τούτου γιγνώσκεσθαι.	II. 19: ἱκανὸς δὲ καὶ ἀπὸ μόνου τοῦ κάλλους γινώσκεσθαι.

4. E Charmide:

154 B: ἐμοὶ οὐδὲν σταθμητόν, ἀτέχνως γὰρ λευκὴ στάθμη εἰμὶ πρὸς τοὺς καλούς.	I. 28: οὐδὲν εὗρον διαγνῶναι καθάπερ ἐν λευκῷ λίθῳ στάθμην λευκὴν διατείνων.
154 D: οὐκ εὐπρόσωπος; ὑπερφυῶς, ἦν δ' ἐγώ. εἰ ἐθέλοι ἀποδῦναι, δόξει σοι ἀπρόσωπος εἶναι.	I. 3: καίπερ ὑπερφυῶς εὐπρόσωπος, ὅμως ὅταν ἀπεκδύηται, ἀπρόσωπος εἶναι δοκεῖ.
155 C: ἕκαστος γὰρ ἡμῶν τῶν καθημένων ξυγχωρῶν τὸν πλησίον ἐώθει σπουδῇ, ἵνα παρ' αὐτῷ καθέζοιτο.	I. 24: καὶ ἄλλος τὸν πλησίον προεώθει.

5. E Gorgia:

Platonis:	Aristaeneti:
438 D: τό γε ἐμὸν οὐδὲν κωλύει.	I. 14: τό γε ἡμέτερον οὐ κωλύει.
462 B: ὥς γε πρὸς σὲ τἀληθῆ εἰρῆσθαι.	I. 6: ὥς γε πρός σε τἀληθὲς εἰρῆσθαι.

6. E Phaedro:

236 D: ὄμνυμι γάρ σοι-τίνα μέντοι, τίνα θεῶν; ἢ βούλει..	II. 2: ὄμνυμι δέ σοι, φιλτάτη, τίνα μέντοι θεῶν; ἢ βούλει.
229 B: ἐκεῖ σκιά τ᾽ ἐστὶν καὶ πνεῦμα μέτριον καὶ πόα καθίζεσθαι ἢ ἂν βουλώμεθα κατακλινῆναι.	I. 3: πνεῦμα μέτριον καὶ πόα μαλθακή, . . . ἐφ ἧς ἥδιον κατακλιθῆναι.
230 B: ἥ τε γὰρ πλάτανος αὕτη μάλ᾽ ἀμφιλαφής τε καὶ ὑψηλή τοῦ τε ἄγνου τὸ ὕψος καὶ τὸ σύσκιον πάγκαλον καὶ ἀκμὴν ἔχει τῆς ἄνθης ὡς ἂν εὐωδέστατον παρέχοι τὸν τόπον. ἥτε αὖ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῆς πλατάνου ῥεῖ μάλα ψυχροῦ ὕδατος, ὥς γε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι.	I. 3: ἔνθα πλάτανος μὲν ἀμφιλαφής τε καὶ σύσκιος . . . ἦν μὲν οὖν ταῦτα καὶ ἕτερα δένδρα πλησίον, εὐανθῆ μὲν τοὺς ὅρπηκας, πάμφορα δὲ τὸν καρπόν, ὡς εὐωδέστατον παρέχειν τὸν ἐράσμιον τόπον.. ἡ δὲ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῇ πλατάνῳ[1]) ῥεῖ ὕδατος εὖ μάλα ψυχροῦ, ὥς γε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι.
230 C: τὸ εὔπνουν τοῦ τόπου ὡς ἀγαπητὸν καὶ σφόδρα ἡδὺ θερινόν τε καὶ λιγυρὸν ὑπηχεῖ τῷ τῶν τεττίγων χορῷ.	I. 3: ἔτι δὲ τὸ ἔμπνουν τῆς αὔρας λιγυρὸν ὑπηχεῖ τῷ τῶν τεττίγων χορῷ.
240 C: ἥλικα γὰρ ὁ παλαιὸς λόγος τέρπειν τὸν ἥλικα. ἡ γὰρ οἶμαι χρόνου ἰσότης ἐπ᾽ ἴσας ἡδονὰς ἄγουσα δι᾽ ὁμοιότητα φιλίαν παρέχεται.	I. 18: ἐντεῦθεν ἐπὶ πάσης προφάσεως τοὺς ἐν ἡλικίᾳ ποθεῖς; ἥλικα γὰρ ὁ παλαιὸς λόγος τέρπειν τὸν ἥλικα. ἡ γὰρ οἶμαι χρόνου ἰσότης ἐπὶ ἴσας ἡδονὰς ἄγουσα δὶ ὁμοιότητα φιλίαν παρέχεται.

---

[1]) Quo loco couspicuum est Aristaenetum apud Platonem τῇ πλατάνῳ, non τῆς πλατάνου inveuisse; fortasse recte.

Platonis:	Aristaeneti:
240 D: τῷ δὲ δὴ ἐρωμένῳ ποῖον παραμύθιον ἢ τίνας ἡδονὰς διδοὺς ποιήσει τὸν ἴσον χρόνον συνόντα μὴ οὐχὶ ἐπ' ἔσχατον ἐλθεῖν ἀηδίας, ὁρῶντι μὲν ὄψιν πρεσβυτέραν καὶ οὐκ ἐν ὥρᾳ, ἑπομένων δὲ τῶν ἄλλων ταύτῃ, ἃ καὶ λόγῳ ἐστὶν ἀκούειν οὐκ ἐπιτερπές, μὴ ὅτι δὴ ἔργῳ ἀνάγκης ἀεὶ προσκειμένης μεταχειρίζεσθαι.	I. 18: οὐχ ἱκανὸν ταῦτα παραμύθιον κρίνεις πρὸς ἀναφρόδιτον πολιὰν μὴ οὐχὶ ἐπ' ἔσχατον ἐλθεῖν σε τῆς ἀηδίας, ὁρῶσαν μὲν ὄψιν πρεσβυτέραν καὶ οὐκ ἐν ὥρᾳ, ἑπομένων δὲ τῶν ἄλλων ταύτῃ, ἃ καὶ λόγοις ἀκούειν οὐκ ἐπιτερπές, μὴ ὅτι δι' ἔργων ἀνάγκης ἀεὶ προσκειμένης μεταχειρίζεσθαι.
241 D: ὡς λύκοι ἄρν' ἀγαπῶσι ὡς παῖδα φιλοῦσιν ἐρασταί.	II. 20: ὡς γὰρ λύκοι τοὺς ἄρνας ἀγαπῶσιν, οὕτω τὰ γύναια ποθοῦσιν οἱ νέοι.
251 B: δεξάμενος γὰρ τοῦ κάλλους τὴν ἀπορροὴν διὰ τῶν ὀμμάτων ἐθερμάνθη.	II. 18: δεξάμενος γὰρ τοῦ κάλλους τὴν ἀπορροὴν διὰ τῶν ὀμμάτων διεθερμάνθη.
257 A: ἀλλὰ τῶν προτέρων τε συγγνώμην καὶ τῶνδε χάριν ἔχων εὐμενὴς καὶ ἵλεως.	II. 1: ἀλλὰ τῶν προτέρων τε συγγνώμην καὶ τῶνδε χάριν ἔχουσα εὐμενὴς τό γε λοιπὸν εἴης.

7. E Convivio.

177 E: περὶ Διόνυσον καὶ Ἀφροδίτην πᾶσα ἡ διατριβή.	I. 3: ἡμῖν ἀμφὶ Διόνυσόν τε καὶ Ἀφροδίτην ἡ πᾶσα διατριβή.
195 B: ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει.	I. 10: ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ κατὰ θεῖον ἀεὶ προσπελάζει.
196 B: ἀνανθεῖ γὰρ καὶ ἀπηνθηκότι καὶ σώματι καὶ ψυχῇ καὶ ἄλλῳ ὁτῳοῦν οὐκ ἐνίζει Ἔρως, οὗ δ' ἂν εὐανθής τε καὶ εὐώδης τόπος ᾖ, ἐνταῦθα ἵζει καὶ μένει.	II. 1: ἀνανθεῖ γὰρ καὶ ἀπηνθηκότι σώματι οὐ πέφυκε προσιζάνειν ὁ Ἔρως, οὗ δ' ἂν εὐανθές τε καὶ εὐῶδες ᾖ, ἐνταῦθα καὶ ἐνιζάνει καὶ μένει.

Platonis:	Aristaeneti:
198 B: πραότητα μὲν πορίζων, ἀγριότητα δ' ἐξορίζων.	I. 15: πραότητα μὲν πορίζων, ἀγριότητα δ' ἐξορίζων.
203 D: ἀεί τινας πλέκων μηχανὰς καὶ φρονήσεως ἐπιθυμητής.	I. 10: ἀεί τινας παραδόξους μηχανὰς διαπλέκων.
213 D: καὶ τὼ χεῖρε μόγις ἀπέχεται.	II. 12: καὶ τὼ χεῖρε μόγις ἀπέχεται.
216 D: ἐρωτικῶς διάκειται τῶν καλῶν.	I. 18: καὶ λίαν ἐρωτικῶς διάκεισαι τῶν καλῶν.
217 A: ἐφρόνουν γὰρ δὴ ἐπὶ τῇ ὥρᾳ θαυμάσιον ὅσον.	I. 27: φρονῶν ἐπὶ τῇ ὥρᾳ θαυμάσιον ὅσον.
217 A: ἕρμαιον ἡγησάμην εἶναι καὶ εὐτύχημα ἐμὸν θαυμαστόν.	I. 19: ἡ μὲν μήτηρ ἕρμαιον αὐτῇ καὶ εὐτύχημα λογίζεται τοῦτο.
217 E: μέχρι μὲν οὖν δὴ δεῦρο τοῦ λόγου καλῶς ἂν ἔχοι καὶ πρὸς ὁντινοῦν λέγειν, τὸ δ' ἐντεῦθεν οὐκ ἄν μου ἠκούσατε λέγοντος.	I. 2: μέχρι μὲν οὖν δεῦρο τοῦ λόγου καλῶς ἂν ἔχοι καὶ πρὸς ὁντινοῦν, τὸ δ' ἐντεῦθεν ἐν κεφαλαίῳ τοσοῦτον λεκτέον.
218 E: ἐπιχειρεῖς καὶ ἀλλάξασθαι κάλλος ἀντὶ κάλλους.	I. 27: οἰόμενόν τε κάλλος ὑπὲρ κάλλους χαρίζεσθαι.
219 B: ταῦτα ἀκούσας τε καὶ εἰπὼν καὶ ἀφεὶς ὥσπερ βέλη τετρῶσθαι αὐτὸν ᾤμην.	II. 4: τοιαῦτα ψυχαγωγοῦσα καὶ ὥσπερ βέλη λόγους ἀφεῖσα πέπεικεν.
222 E: ὡς κατεκλίνη ἐν μέσῳ ἐμοῦ τε καὶ σοῦ, ἵνα χωρὶς ἡμᾶς διαλάβῃ.	I. 25: ἔπειτα παρακαθέζεται μέσῃ ἐμοῦ τε καὶ Παμφίλου, ἵνα χωρὶς ἡμᾶς διαλάβῃ.

8. E Theaeteto:

162 B: ἀλλ' εἰ οὕτως, ὦ Θεόδωρε, σοὶ φίλον, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρόν.	I. 21: εἰ γὰρ οὕτω σοι φίλον, ὦ Τελεσίππη, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρόν.
200 E: ὁ τὸν ποταμὸν καθηγούμενος ἔφη ἄρα δείξειν αὐτό.	I. 4: πλὴν αὐτὸ δείξει, ἔφη ὁ τὸν ποταμὸν καθηγούμενος.

9. E Republica:

p. 474 D. E.: ὁ μὲν ὅτι σιμὸς ἐπίχαρις κληθεὶς ἐπαινε-	I. 18: καὶ ὁ μέν τις τῶν νέων, ὅτι σιμὸς ἐπίχαρις παρὰ σοῦ

Platonis:	Aristaeneti:
θήσεται ὑφ᾽ ἡμῶν. τοῦ δὲ τὸ γρυπὸν βασιλικόν φατε εἶναι, τὸν δὲ δὴ διὰ μέσου τούτων ἐμμετρώτατα ἔχειν· μέλανας δ᾽ ἀνδρικοὺς ἰδεῖν, λευκοὺς δὲ θεῶν παῖδας εἶναι· μελαγχλώρους δὲ καὶ τοὔνομα οἴει τινὸς ἄλλου ποίημα ἢ ἐραστοῦ ὑποκοριζομένου τε καὶ εὐχερῶς φέροντος τὴν ὠχρότητα, ἐὰν ἐπὶ ὥρᾳ ᾖ; καὶ ἑνὶ λόγῳ πάσας προφάσεις προφασίζεσθε, καὶ πάσας φωνὰς ἀφίετε, ὥστε μηδένα ἀποβάλλειν τῶν ἀνθούντων ἐν ὥρᾳ· εἰ βούλει ἐπ᾽ ἐμοῦ λέγειν περὶ τῶν ἐρωτικῶν ὅτι οὕτω ποιοῦσιν, συγχωρῶ τοῦ λόγου χάριν, τί δέ; ἦν δ᾽ ἐγώ. τοὺς φιλοίνους οὐ τὰ αὐτὰ ταῦτα ποιοῦντας ὁρᾷς, πάντα οἶνον ἐπὶ πάσης προφάσεως ἀσπαζομένους;	κληθεὶς ἐπαινεῖται, τοῦ δὲ τὸ γρυπὸν βασιλικὸν ἔφης· τὸν δὲ διὰ μέσου τούτων ἐρεῖς ἐμμετρώτατα ἔχειν· μέλανας δὲ ἀνδρικοὺς ὀνομάζεις, λευκοὺς δὲ θεῶν παῖδας προσείρηκας, μελιχρώτους δὲ οἴει τοὔνομα τίνος ἄλλου ποίημα εἶναι ἢ τοῦ ἐνόντος σοι πόθου, ὑποκοριζομένου τε καὶ φέροντος εὐχερῶς τὴν ὠχρότητα, εἰ μόνον ἐπὶ ὥρᾳ προσῇ. καὶ ἑνὶ λόγῳ πάσας προφάσεις προφασίζῃ καὶ πάσας φωνὰς ἀναφθέγγῃ ὥστε διὰ φιλεραστείας μηδένα ἀποβαλεῖν τῶν ἀνθούντων ἐν ὥρᾳ, ὥσπερ τοὺς φιλοίνους ὁρῶμεν πάντα οἶνον ἐπὶ πάσης προφάσεως ἀσπαζομένους.
p. 531 B: σὺ μὲν τοὺς χρηστοὺς λέγεις, τοὺς ταῖς χορδαῖς πράγματα παρέχοντας.	I. 14: τί πράγματα παρέχετε ταῖς χορδαῖς;

Accedunt nonnulla:

10. ex epistula Platonis VII:

328 B: αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι τῶν τοιούτων ταχεῖαι καὶ πολλάκις ἑαυταῖς ἐναντίαι φερόμεναι.	I. 21: αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι τῶν νέων ταχεῖαι καὶ πολλάκις ἑαυταῖς ἐναντίαι.
329 C: ἤμυνον μὲν οὖν καθ᾽ ὅσον ἠδυνάμην, σμικρὰ δ᾽ οἷός τε ἦν.	I. 6: ἐσπούδακα σωφρονεῖν καθ᾽ ὅσον ἠδυνάμην, σμικρὰ δὲ οἷα τε ἦν.

Platonis:	Aristaeneti:
332 D: οὕτως ἀνομιλήτῳ μὲν παιδείας, ἀνομιλήτῳ δὲ συνουσιῶν τῶν προσηκουσῶν γεγονέναι.	II. 5: ἠγνόηκα τοὺς τρόπους ἅτε ἀνομίλητος μὲν παιδείας ἐρωτικῆς, ἀνομίλητος δὲ συνουσίας.
339 C: ὑπάρξει ταύτῃ γιγνόμενα ὅπῃπερ ἂν αὐτὸς ἐθέλῃς, θελήσεις δὲ οἶδ' ὅτι τὰ μέτρια.	I. 4: χαριούμεθα δὲ ὅσον ἂν αὐτὴ θέλῃς, θελήσεις δὲ οἶδ' ὅτι τὰ μέτρια.
349 A: ὁ δὲ ἀκούσας ἀνεφλέχθη τε καὶ παντοδαπὰ χρώματα ἧκεν, οἷα ἂν θυμούμενος ἀφείη.	I. 11: ᾔσθη καὶ ὑφ' ἡδονῆς παντοδαπὰ χρώματα παρ' ἕκαστον λόγον ἠφίει.

Quae exempla attulisse satis est ad demonstrandum, quo modo Aristaenetus varia Platonis scripta plurimis locis ad verbum exscripserit. Nam mutationes non sunt magnae et plerumque enuntiationum constructione continentur. Sed iam hic apparet, quanta arte Aristaenetus ea quae mutuatus est textui suo adaptaverit. Similiter de alio scriptore ab eo exscripto iudicabimus, ad quem iam vertamus nos.

β. Quae Aristaenetus Luciano debeat.[1])

Quodsi Aristaenetus Platonem idcirco petiverit, quod ex varietate quaestionum eius haurire potuit, Lucianum compilavit, quod apud eum de gravissimo epistularum suarum argumento, de amorum casibus, multa invenire potuit. Quae res eo comprobatur, quod e nullo alio Luciani scripto eum hausisse videmus nisi e meretriciis dialogis; quae enim alia cum Luciani flosculis comparentur, pro imitationibus certis haberi vix possunt. Nam Aristaenetus fontes suos quoscunque poterat, ad verbum exscripsit, ut iam supra vidimus. Qua de causa haec tantum afferantur, quae sine dubio a Luciano repeti queant. Componamus hos locos:

Luciani:	Aristaeneti:
Dial. mer. I. 1: καὶ μειδιᾷ πάνυ ἐπαγωγόν.	I. 1: μειδιᾷ πάνυ ἐπαγωγόν.

[1]) Hermannus Reich, De Alciphronis Longique aetate, Regimont. 1894, ostendit Aristaenetum a Luciano pendere.

Luciani:	Aristaeneti:
Dial. mer. III. 2: ἀνακλάσας τὸν αὐχένα ἐφίλησεν οὕτω προσφυῶς, ὥστε μόλις ἀπέσπασε τὰ χείλη.	I. 16: ἀνέκλασέ τε πρὸς ἑαυτὴν τὸν αὐχένα καὶ πεφίληκεν οὕτω προσφῦσα, ὥστε μόλις ἀπέσπασε τὰ χείλη.
Dial. mer. III. 2: ἀπογυμνοῦσα ἐπὶ πολὺ τὰ σφυρὰ ὡς μόνη καλὰ ἔχουσα.	I. 27: καὶ δὴ καὶ τὸ σκέλος ἀπογυμνοῦσα.
Dial. mer. III. 3: ὅρα μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀπορρήξωμεν πάνυ τείνουσαι τὸ καλώδιον.	II. 1: ὅρα μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀπορρήξωμεν πάνυ τείνοντες τὸ καλώδιον.
Dial. mer. VI. 4: τί φής; ποιήσεις ταῦτα; ποιήσεις, οἶδα ἐγὼ καὶ προέξεις.	II. 7: τί φής; ποιήσεις ἤδη; ποιήσεις, οἶδα ἐγώ.
Dial. mer. VII.: οὐδὲ πιστεύουσι νεανίσκοις ἐπ' ἄκρου τοῦ χείλους τοὺς ὅρκους ἔχουσιν.	I. 20: καὶ δακρύοντες κατόμνυσθε τοὺς θεοὺς ἐπ' ἄκρου τοῦ χείλους ἔχοντες τὸν ὅρκον.
Dial. mer. X. 4: τὰ μὲν ἄλλα ἡ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις.	II. 20: ἡ δὲ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις ὧδε ἐρεῖ.
Dial. mer. IX. 2: ἐβόμβει τὰ ὦτα ὑμῖν; ἀεὶ γὰρ ἐμέμνητο ἡ κεκτημένη μετὰ δακρύων.	II. 13: οὐκ ἐβόμβει σοι τὰ ὦτα, ὅτε σοῦ μετὰ δακρύων ἐμεμνήμην;
Dial. mer. XII. 2: σύ, ὦ Ἰόεσσα, διέφθειρας αὐτὸν ὑπεραγαπῶσα καὶ τοῦτο ἐμφαίνουσα, ὑπερόπται γὰρ αἰσθανόμεναι γίγνονται.	II. 16: ἐγὼ διέφθειρά σε ὑπεραγαπῶσα καὶ τοῦτο διεμφανίζουσα, ὑπερόπται γὰρ αἰσθανόμενοι γίγνεσθε.
Dial. mer. XII. 1: θρύπτῃ, ὦ Λυσία, πρὸς ἐμέ; καὶ καλῶς, ὅτε μήτε ἀργύριον πώποτε ᾔτησά σε μήτ' ἀπέκλεισα ἐλθόντα, ἔνδον ἕτερος εἰποῦσα, ἀλλ'... εἰσεδεξάμην.	II. 16: θρύπτῃ, Πάμφιλε, πρὸς ἐμέ; καὶ καλῶς, ὅτι μὴ ἀπέκλεισα ἐλθόντα, ἔνδον ἕτερος εἰποῦσα, ἀλλ' . . . εἰσεδεχόμην.
Dial. mer. XII. 1: τέλος δὲ τοῦ μήλου ἀποδακὼν ... προσκύψας πως εὐστόχως προση-	I. 25: Πάμφιλος δὲ μήλου μικρὸν ἀποδακὼν εὐστόχως ἠκόντισεν εἰς τὸν κόλπον

Luciani:	Aristaeneti:
κόντισας ἐς κόλπον αὐτῆς.. ἡ δὲ φιλήσασα μεταξὺ τῶν μαστῶν ὑπὸ τῷ ἀποδέσμῳ παρεβύσατο.	ἐκείνης. ἡ δὲ φιλήσασα μεταξὺ τῶν μαστῶν ὑπὸ τῷ περιδέσμῳ, ὃν περιεστερνίσατο, παρέβυσε.

Haec Luciani exempla doceant, quibus finibus rhetoris nostri imitatio contineatur. Videamus nunc, num Aristaenetus alios quoque scriptores eroticos exscripserit.

γ. De Alciphrone.[1])

Si formam respicimus, qua Aristaenetus fabellas suas eroticas composuit, facile oritur quaestio, num cui illorum auctorum quidquam debeat, qui ipsi quoque epistulas eroticas scripserunt. Imprimis de Alciphrone cogitandum est, ut qui celeberrimum huius generis litterarum exemplum nobis praebeat. Iam Hermannus Reich[1]) demonstravit Aristaenetum cum Alciphrone in nominibus usurpandis congruere; sed imitatio latius patet, id quod exempla comprobabunt iam afferenda:

Alciphronis:	Aristaeneti:
Epist. IV. 9[2]): εὐμενεστέροις ὄμμασιν εἶδον ἐκείνην αἱ Χάριτες.	I. 11: εὐμενεστέροις ὄμμασιν ἐκείνην αἱ Χάριτες εἶδον.
IV. 9: εἰ δὲ μή, σεαυτόν, οὐχ ἡμᾶς ἀνιάσεις.	I 21: μήτε προσδόκα, ἐπεὶ σεαυτὸν ἀνιάσεις.
IV. 10: ἀρτίως μὲν οἷον ἐφθέγγετο, — ὅσαι ταῖς ὁμιλίαις αὐτῆς σειρῆνες ἐνίδρυντο.	I. 1: ἡνίκα δὲ φθέγγεται, βαβαί, ὅσαι τῆς ὁμιλίας αὐτῆς αἱ σειρῆνες.
IV. 11: ἅπαντα ἐκείνῃ γε τὸν κεστὸν ὑπέζωστο.	I. 1: πάντως ἡ Λαῒς τὸν κεστὸν ὑπέζωσται.
IV. 16: ὀξύς ἐστιν Ἔρως καὶ ἐλθεῖν καὶ ἀναπτῆναι· ἐλπίσας πτεροῦται καὶ ἀπελπίσας ταχὺ πτερορρυεῖν εἴωθεν ἀπογνωσθείς. διὸ καὶ	II. 1: ὀξύς ἐστιν Ἔρως καὶ ἐλθεῖν καὶ ἀποπτῆναι. ἐλπίσας πτεροῦται καὶ ἀπελπίσας ταχὺ πτερορρυεῖν εἴωθεν. διὸ καὶ μέγα τῶν ἑται-

[1]) Cf. Hermanni Reich dissertationem supra (p. 22) laudatam.
[2]) Utor editione Schepersiana.

Alciphronis:	Aristaeneti:
μέγα τῶν ἑταιρουσῶν ἐστι σόφισμα ἀεὶ τὸ παρὸν τῆς ἀπολαύσεως ὑπερτιθεμένας ταῖς ἐλπίσι διακρατεῖν τοὺς ἐραστάς.	ρουσῶν ἐστι σόφισμα ἀεὶ τὸ παρὸν τῆς ἀπολαύσεως ὑπερτιθεμένας ταῖς ἐλπίσι διακρατεῖν τοὺς ἐραστάς.
IV. 17: ἐμὲ γὰρ οὐδὲν θάλπει ἡ δόξα, ἀλλ' ὃν θέλω.	I. 24: ἐμὲ γὰρ οὐδὲν θάλπει κέρδος, ἀλλ' ὃ θέλω, θέλω δὲ Λῦσιν.
Fragm. a. i. (Schepers): καὶ οἱ κωφοὶ διανεύουσιν ἀλλήλοις τὸ ἐκείνης κάλλος.	I. 1: ἔνθ' οἱ κωφοὶ διανεύουσιν ἀλλήλοις τῆς Λαΐδος τὸ κάλλος.
Ibid.: τρίχες ἐνουλισμέναι φύσει.	**Ibid.**: ἡ δὲ κόμη φυσικῶς ἐνουλισμένη.
Ibid.: ἐνδεδυμένη μὲν γὰρ εὐπροσωποτάτη ἐστίν, ἐκδῦσα δὲ ὅλη πρόσωπον φαίνεται.	**Ibid.**: ἐνδεδυμένη μὲν εὐπροσωποτάτη ἐστίν, ἐκδῦσα δὲ ὅλη πρόσωπον φαίνεται.
Ibid.: καὶ τὸ μέλαν αἱ κόραι μελάνταται καὶ τὸ κύκλῳ λευκόν...	Ar. I. 1: τὸ μέλαν αὐτῶν μελάντατον, καὶ τὸ κύκλῳ λευκὸν λευκότατον.

δ. De Xenophonte Ephesio.

Aristaeneti epistulae, quae nihil nisi formam epistularum habent, omnino autem perfectae fabellae eroticae sunt, prope accedunt ad illas fabulas romanenses, quarum auctores per totam aetatem sophistarum recentium florebant. Et quoniam, ut supra vidimus, Aristaenetus ab illis sophistis partim argumenta mutuatus est, facile intellegitur ab illis etiam res singulas ad formam spectantes eum accepisse. Iam cognovimus,[1]) quomodo Aristaenetus Heliodorum imitatus thema et argumentum cuiusdam epistulae ex ipsius Ephesiacis sumpserit ita, ut Rohdius[2]) censeret eum id egisse, ut Heliodorum illuderet; quae sententia eo firmari mihi videtur, quod Aristaenetus Heliodorum nullo loco exscripsit.

[1]) Cf. p. 3.
[2]) Cf. Rohdium, p. 59, 2.

Sed vertamus nos ad Xenophontem Ephesium, qui compluribus locis similitudines cum Aristaeneti dictione praebet. Conferantur hi loci

Xenophontis:	Aristaeneti:
I. β': ... ὀφθαλμοὶ γοργοί, φαιδροὶ μὲν ὡς κόρης, φοβεροὶ δὲ ὡς σώφρονος.	I. 10: ὀφθαλμοὶ φαιδροὶ μὲν ὡς καλοῦ, φοβεροὶ δὲ ὡς σώφρονος.
I. γ': καὶ μέρη τοῦ σώματος ἐγύμνωσεν ἂν τὰ δυνατά, ἵνα Ἁβροκόμης ἴδῃ.	I. 28: ἕτερα δὲ τοῦ σώματος ἐγύμνωσε μέρη τὰ δυνατά, ὅπως ἂν τὸ μειράκιον ἐρεθίσῃ.
I. δ': παρθένος ἐγὼ φρουρουμένη, τίνα βοηθὸν λήψομαι; τίνι τἀμὰ κοινώσομαι;	II. 5: καὶ πολεμεῖ παιδισκάριον ἄωρον Ἀφροδίτης, ἔτι θαλαμευομένην, ἔτι φρουρουμένην... δέδοικα σύμβουλον προσλαβέσθαι.
I. η': βραδύνειν δὲ πάντα ἐδόκει Ἁβροκόμῃ καὶ Ἀνθίᾳ,	I. 10: ἅπαντα δ'οὖν ὅμως βραδύνειν ἐδόκει τῷ Ἀκοντίῳ.
I. θ': ἔκειντο δὲ ὑφ' ἡδονῆς παρειμένοι, αἰδούμενοι, φοβούμενοι, πνευστιῶντες, ἡδόμενοι.	II. 5: θεωροῦσα δὲ τὸν καλὸν αἰδοῦμαι, φοβοῦμαι, ὑφ' ἡδονῆς πνευστιῶ.
I. θ': ναί φησιν, δοκῶ σοι καλὴ καὶ μετὰ τὴν σὴν εὐμορφίαν ἀρέσκω σοι;	II. 7: ἆρα δοκῶ σοι καλὴ καὶ μετὰ τὴν σὴν εὐμορφίαν ἀρέσκω σοι;
I. θ': ἐφιλονείκουν δὲ δι' ὅλης νυκτὸς πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμούμενοι, τίς φανεῖται μᾶλλον ἐρῶν.	I. 16: πρὸς ἀλλήλους ἐφιλονεικοῦμεν δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἁμιλλώμενοι, τίς φανεῖται μᾶλλον ἐρῶν.
I. θ': διὰ τῶν χειλέων ἐκ ψυχῆς εἰς τὴν θατέρου ψυχὴν διὰ τοῦ φιλήματος παρεπέμπετο.	II. 19: σπεύδουσιν αἱ ψυχαὶ διὰ τῶν στομάτων πρὸς ἀλλήλας καὶ περὶ τὰ χείλη συναντῶσιν.
II. δ': τῷ δὲ ἄρα οὐδὲν ἔργου ἦν ἢ φιλεῖν Ἀνθίαν καὶ ὑπ' ἐκείνης φιλεῖσθαι, καὶ λαλεῖν ἐκείνῃ καὶ ἀκούειν λαλούσης.	II. 21: ἔστω τοίνυν ἔργου ἓν μόνον ἐπιδέξιον ἐμοὶ φιλεῖν Δελφίδα καὶ ὑπὸ ταύτης φιλεῖσθαι καὶ λαλεῖν τῇ καλῇ καὶ ἀκούειν λαλούσης.

Haec habui exempla, quae demonstrarent Aristaenetum etiam a Xenophonte Ephesio pendere.

Iam accedamus ad alium fabulatorem romanensem.

ε. De Achille Tatio.

Iam Rohdius[1]) imitationes attulit, quibus nos nonnullas alias addamus.[2]) Conferantur hi loci:

Achillis:	Aristaeneti:
1. 1. c. 4: κόμη ξανθή, τὸ ξανθὸν οὖλον, ὀφρὺς μέλαινα, τὸ μέλαν ἄκρατον.	I. 1: ὀφρὺς μέλαινα, τὸ μέλαν ἄκρατον.
2. I. p. 33: ἂν τύχωσι καὶ ῥήματος μόνον.	II. 20: ἱκετεύετε μόνου ῥήματος τυχεῖν ἀξιοῦντες.
3. I. p. 7: παρθένοι μικρὸν ὑποκεχηνυῖαι τὸ στόμα.	II. 10: ἡδὺ προσγελᾷ καὶ μικρὸν ὑποκέχηνε.
4. II. c. 9: οὕτως ἀλλήλων προσεπίνομεν τὰ φιλήματα.	I. 25: ὑπεφίλουν ἀλλήλους καταπίνοντες τὰ φιλήματα.
5. V. 5: ὑφαίνει γὰρ πέπλον ἄγγελον καὶ μιμεῖται τὴν γλῶτταν ἡ χείρ.	I. 26: ἀντὶ χρωμάτων καὶ γλώττης χειρὶ πολυσήμῳ καὶ ποικίλοις ἤθεσι κεχρημένη.
6. V. 21: ἐπιθεῖσά μου τοῖς στέρνοις τὴν κεφαλήν.	I. 12: τοῖς δὲ στέρνοις τῆς καλῆς ἐπιθεὶς τὴν κεφαλήν..
7. V. 23: καὶ ῥαπίζει με κατὰ κόρρης.	I. 4: οἷος ἦν ἐπιρραπίζειν με κατὰ κόρρης.
8. VI. 1: τοιοῦτον Ἀχιλλέα ποτὲ ἐθεασάμην ἐν γραφῇ.	II. 5: εἰ μὴ τοιοῦτος ἦν Ἀχιλλεύς, ὃν ἔμαθον ἐκ τῶν οἴκοι πινάκων.

Plures loci, ex quibus consensus quidam inter Aristaenetum et Tatium cum quadam veritatis specie statui possit, non exstant; sed et illi quos attulimus sufficiunt ad probandum Aristaenetum fontem Achillis Tatii esse. Aliter statuendum est

[1]) Cf. Rohde, p. 473.

[2]) Nonnulli, ut Schmidius (Pauly-Wissowa, s. v. Achill. Tat.), Achillem Tatium saeculo VI tribuerunt parum recte; nam si Aristaeneti aetatem recte statuimus, Achillem ante medium saeculum V floruisse necesse est. Inprimis loci a me allati sub numeris 3, 4, 5, 8 ostendunt Achillem Aristaeneto priorem esse.

ζ. De Libanio.

Nam dicere nobis non licet etiam Libanium ab Aristaeneto compilatum esse, id quod Boissonadius opinatus est, quoniam exstat quidem nonnullis locis similitudo inter utrumque auctorem, sed non talis, qualis Libanium fontem demonstret. Comparemus enim

Libanii:	Aristaeneti:
1. IV. p. 571_7: οὐδὲ εἰς ἔριν ἦλθον αὐτῷ περὶ τούτων οὐδ' ἐζυγομάχουν.[1])	I. 2: ἀπόθεσθε τὴν ἔριν, παύσασθε ζυγομαχίας.
2. IV. p. 1020_{12}: καὶ τὴν ἀσώματον θεὸν ὑποτυπώσας.	I. 1: κἀντεῦθεν ἀποτυποῦνται θεοπρεπῶς τὸ φιλοτεχνούμενον εἶδος.

Tertius locus non est Libanii; reperitur enim in ethopoeia uno codice (Par. 3016) servato, quae Libanii non est, ut Foerster me commonefecit. Conferantur autem loci

3. Ethop. I, (IV. p. 1096 R.): κἂν γὰρ ἀποτύχω, γέγονα δυστυχής, κἂν τύχω, πάλιν εἰμὶ δυστυχέστερος.	II. γ: κἂν τύχω κἂν ἀποτύχω, διχόθεν ἐγὼ δυστυχής.

Sine dubio auctor illius ἠθοποιίας ad Aristaenetum redit. Iam ad alium auctorem ab Aristaeneto compilatum pergamus.

η. De Aristaeneto et Philostrato.

A. Quae ratio intercedat inter Philostrati senioris et Aristaeneti epistulas.

Aristaenetus argumenta et themata erotica epistulari forma tractavit secutus consuetudinem aliorum rhetorum illius aetatis, et cum Alciphronis epistulas imitatus sit multaque ex ipsis sumpserit, non abest suspicio quin etiam Philostrati epistulas expresserit, in quibus similia argumenta tractabantur. Videamus, num ea quae suspicamur, exemplis comprobari possint. Quem ad finem singulas epistulas Aristaeneti perquiramus.

In epistula III. primi libri virgo dicitur vestimentis exutis etiam pulchrior esse: εὐπρόσωπος[2]) οὖσα, ὅμως, ὅταν ἀπεκδύηται,

[1]) Utor editone Reiskiana.

[2]) Cf. J. Fürst, Untersuchungen zur Ephemeris des Diktys von Kreta. Philologus, N. F. 15, p. 375.

δι᾽ ὑπερβολὴν τῶν ἔνδον ἀπρόσωπος εἶναι δοκεῖ,[1]) quod comparari potest cum similibus verbis in Philostrati epistula 65:

εἰ δὲ καὶ ἀποδύσῃ, ἀστράπτειν τὰ ἔνδον οἶμαι.[2])

Pulchritudo faciei vultibus infestis turpatur; quam sententiam Aristaenetus in epistula XVII. primi libri sic exprimit:

μὴ σκυθρώπαζε, καλή γε οὖσα, μηδὲ τὰς ὀφρῦς σύναγε· εἰ φοβερὰ γένοιο, ἧττον ἔσῃ καλή.

Similiter Philostratus in

ep. 24: καλὸς δ᾽ἄνθρωπος καὶ μὴ γελάσας λυπεῖ, μή τι γε σκυθρωπότερος ἑαυτοῦ γενόμενος· οὐ πρέπει δ᾽ οὐδ᾽ ἡλίῳ τὸ πρόσωπον νεφέλῃ καλύπτεσθαι.

vel in ep. 25:

καὶ τὰς Ἐρινῦς Εὐμενίδας καλοῦμεν, ὡς τὸ σκυθρωπὸν ἀρνουμένας.. μὴ τραχεῖα γίγνου, μὴ φοβερά, μὴ ἀποστεροῦ τὸ κάλλος.

Sententia igitur apud utrumque auctorem est eadem, Philostratus autem eam uberius exposuit.

Persaepe Aristaenetus personas, quas in epistulis laudat, ut erat mos, cum statuis deorum vel heroum comparat, ut pulchritudinem melius significet. Sic in

ep. I. 7, de virgine:

οὕτω τῆς θαλάττης τὴν Ἀφροδίτην εὐπρεπῶς προϊοῦσαν γράφουσιν οἱ ζωγράφοι,

quo loco et rem et formam a Philostrato mutuatus est; conferas Philostr. ep. 36:

οὕτω καὶ τὴν Ἀφροδίτην γράφουσιν οἱ ζωγράφοι τὴν ἀνασχοῦσαν ἐκ τῆς θαλάττης.[3])

Eadem virgo cum nymphis comparatur:

φήθην ἄν τινα τῶν Νηρηΐδων ὁρᾶν θρυλουμένων,

quod ipsum Philostratus quoque facit:

ep. 32: καὶ διὰ τοῦτ᾽ εἶναι δοκεῖς Νυμφῶν μία.

---

[1]) Cf. Alciphron, ed. Schepers, fragm. 5.

[2]) Consensus utriusque loci eo declaratur, quod, ut supra vidimus, et Philostratus et Aristaenetus ad Platonem redeunt.

[3]) Similes comparationes cum Veneris imagine leguntur apud Nonnum III. 119. VII. 229. Catull. 61, 16 sqq. Apul. met. IV. 28 sq.

Aliis quoque comparationibus Aristaenetus cum Philostrato conspirare videtur; conferas exempli gratia locos hos:

Philostrati:	Aristaeneti:
ep. 17: ἔστιν ἔαρ τοῦ κάλλους καὶ ῥόδων·... ὁ δὲ μὴ χρησάμενος τοῖς παροῦσιν, ἀνόητος ἐν οὐ μένουσι μέλλων .. φθονερὸς γὰρ ὁ χρόνος καὶ τὴν ἄνθους ὥραν ἀφανίζει καὶ τὴν κάλλους ἀκμὴν ἀπάγει. et: ep. 55: εἰ μὲν οὖν ἅψῃ ταχέως τῶν ῥόδων, μένει, εἰ δὲ μελλήσεις, ἀπελήλυθε. μαραίνεται γὰρ γυνὴ μετὰ ῥόδων, ἂν βραδύνῃ.	II. 1: ἡ γυνὴ ἔοικε λειμῶνι, καὶ ὅπερ ἐκείνῳ τὸ ἄνθος, τοῦτό γε ταύτῃ τὸ κάλλος. τέως μὲν οὖν ἡ κόμη τῷ λειμῶνι ἐπακμάζει καὶ ἡ χροιὰ τῶν ἀνθέων, ἦρος δὲ παρακμάσαντος πέπαυται μὲν τὰ ἄνθη, ὁ δὲ λειμὼν γεγήρακε· γυναικός τε αὖ πάλιν, ἣν τὸ εἶδος παραδράμῃ, τίς ἔτι καταλείπεται εὐφροσύνη; ..... τὸ οὖν ῥόδον, κἂν μή τις αὐτῷ χρήσηται, μαραίνεται.

Quibus ex locis collatis apparet Aristaenetum non modo sensu, sed etiam verbis cum Philostrato congruere, et quamquam hae comparationes loci communes amatorii generis putandae sunt, tamen fieri potuit, ut Aristaenetus Philostratum respiceret, id quod etiam simili usu verbi μαραίνεται comprobatur.

Inter locos communes haec quoque Aristaeneti verba putanda sunt:

ep. I. 21: ἅπτου τῶν μαστῶν, ἡδίστων ἀπόλαυε φιλημάτων.

Exempli gratia tantum e Philostrati epistula 59 afferam haec:

μόνων τῶν σῶν μαστῶν ἡδέως ἅπτομαι.

vel Arist. I. 10: καὶ πολλοὶ διὰ τὸ λίαν ἐρωτικὸν τοῖς ἴχνεσι[1]) τοὺς ἑαυτῶν ἐφήρμοζον πόδας.

Phil. ep. 18: καὶ τὸ ἴχνος προσκυνήσομεν πάντες.

Cum alias tum in Aristaeneti epistula I. 25 agitur de more erotico rhetoribus perquam familiari: in potatione amans ex illo poculo bibit, ex quo antea amata potavit et sic oscula inter ambos dantur nullo alio animadvertente;[2]) sed audias auctorem ipsum:

[1]) De hacre cf. Dilthey, Cydipp. p. 36. Alciphr. III. 67, 1: βούλεσθαι τὰ τῶν ποδῶν ἴχνη καταφιλεῖν.

[2]) Cuius rei Rohdius complura exempla affert l. l. p. 175.

Ar. I. 25: καὶ τῶν ἐκ πωμάτων πρὸς αὐτὸν ἀντίδοσιν ἐποιεῖτο καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ὥσπερ ἐκ στομάτων ὑπεφίλουν ἀλλήλους καταπίνοντες τὰ φιλήματα καὶ τὸν οἶνον τοῖς χείλεσι κεκραμένον μέχρι καὶ αὐτῆς παρέπεμπον καρδίας.

Similiter Philostratus in ep. 33:

εἰ δὲ βούλει, τὸν μὲν οἶνον μὴ παραπόλλυε, μόνου δ' ἐμβαλοῦσα ὕδατος καὶ τοῖς χείλεσι προσφέρουσα πλήρου φιλημάτων τὸ ἔκπωμα καὶ οὕτως δίδου τοῖς δεομένοις.

Invitatio ad amorem fruendum similibus argumentis comprobatur:

Ar. II. 1: δίδου τοῖς σοῖς ὀπωρώναις τὴν ὥραν τρυγᾶν· μετ' ὀλίγον ἔσῃ γεράνδρυον.

Phil. ep. 13: δὸς αὐτοῦ πρὸς Ἔρωτος πρὶν τὸ ἔαρ ἀπελθεῖν ὅλον καὶ χειμῶνα ἐπιστῆσαι, vel

ep. 17: μηδὲν μέλλε, ὦ φθεγγόμενον ῥόδον, ἀλλ' ἕως ἔξεστιν, μετάδος ἡμῖν ὧν ἔχεις.

Uterque auctor vituperat superbiam et arrogantiam propter secundas res in amoribus:

Ar. II. 6: ὡς ἐρώμενος αὐθαδέστερον ὑπεραίρῃ καὶ σοβαρώτερος γέγονας τὴν ὀφρύν, ἀεροβατεῖς δὲ μετάρσιος καὶ ὑπερορᾷς ἡμῶν τῶν βαδιζόντων χαμαί.

Phil. ep. 38: οὐδὲν οὐδὲ σὺ καινὸν ποιεῖς, εἰ γυνὴ οὖσα πολλῶν ὥρᾳ κρατοῦσα ὑψηλόν τε ὁρᾷς καὶ μετέωρον βαδίζεις.

De spiritus odore Aristaenetus dicit in epistula I. 16: τῶν δὲ χειλέων αὐτῆς ὑπανοιχθέντων ἀτμὸς εὐώδης ἐπωχετεύετο, quod paululum differt a

Phil. ep. 34: ἀλλὰ τὰ χείλη με ἐπάγεται καὶ δεινῶς κάεται κεκλεισμένα μὲν δι' εὐκοσμίαν, ἀνοιχθέντα δὲ δι' εὐωδίαν.

Quibus exemplis unum addatur; rhetores comparationem cum deabus, quae Paridem iudicem pulchritudinis elegerant, saepe adhibent, quem usum et apud Aristaenetum et apud Philostratum invenimus; cuius rei haec exempla conferas:

Ar. I. 1: περὶ κάλλους οὐκ ἠγωνίσαντο παρ' ἐμοί, Ἥρας, Ἀθηνᾶς οὐκ ἔκρινα τὴν θεὸν εὐπρεπεστέραν ὑπάρχειν, ψῆφον αὐτῇ δίκης οὐκ ἀπέδωκα μῆλον.

Phil. ep. 62: ὅτε δ'ἔκρινε καὶ τὰς θεὰς ὁ Ἀλέξανδρος, οὔπω παρῆν ἡ ἐκ Λακεδαίμονος, εἰ δ'οὖν, μόνην ἂν καλὴν ἀπεφήνατο.[1])

Iovis triplicem mutationem tangunt haec:

Ar. II. 2: εἰ μή γε Ζεὺς ταῦρος ἢ χρυσὸς ἢ κύκνος γενόμενος διὰ σέ.

Phil. ep. 32: εἶ καλή, οἷαι πρότερον ἦσαν, ὧν χρυσὸς ἤρα καὶ βοῦς καὶ ὕδωρ καὶ ὄρνιθες καὶ δράκοντες.

Haec fere sunt exempla, quae rationem quandam inter Philostrati et Aristaeneti epistulas intercedentem illustrent; paucis tantum locis certo dici potest Aristaenetum e Philostrato pendere, atque hoc suo iure et perspicue. Nam Philostrati epistulae Aristaeneto nimis pauca praebuerunt, quae in suis adhiberet, et hic iam statuendum est Aristaenetum semper fere tum demum ad Philostratum redisse, cum de descriptionibus ageret.

Non vero est dubium quin illud Philostrati opus maxime compilaverit, in quo plurimas et perfectas descriptiones invenit, dico imagines. Iam quaeramus

B. Quae Aristaenetus ex Philostrati senioris imaginibus sumpserit.

Non omnes Aristaeneti epistulae descriptiones continent. Itaque flosculi e Philostrati imaginibus sumpti non in omnibus epistulis exstant; complures de rebus plane eroticis agunt et in illis res lascivas tractatas invenimus, quas ad alia exempla atque Philostrati imagines redire supra vidimus. Ceterae autem epistulae idoneae sunt ad rationem demonstrandam, qua scriptores erotici argumentum amatorium cum largis descriptionibus coniunxerunt. Quarum epistularum exstant nonnullae, quae unam tantum vel alteram locutionem e Philostrati imaginibus compilatam continent, aliae, quae complures locos persaepe ex eadem imagine sumptos et contaminatos praebent, id quod suis locis accuratius tractabimus.

Sed ut ad rem ipsam accedamus, iam primi libri prima epistula elegantissimum descriptionis exemplum praebet. Agitur de pulchritudine puellae cuiusdam, quam auctor summis laudibus effert, et, ut

---

[1]) Argumentum sane et sensus utriusque loci alius est.

fieri solet, accuratissime describit. Quam consuetudinem rhetorum Rohdius[1]) diligentissime permultis exemplis illustravit. Oportet enim virginem et iuvenem qui primo aspectu summo amore inter se exardescunt pulchros esse; quam pulchritudinem ut scriptores nobis depingant maxime operam dant neque a descriptionibus uberrimis singularum corporis partium abhorrent, ita ut saepe partes describantur, quae vestimentis opertae sunt. Haec omnia nobis iam in prima Aristaeneti epistula apparent, sed hic eos tantum locos respiciamus, qui cum Philostrati descriptionibus congruunt.

Lib. I epistula I:

Pulchritudo oculorum virginis amatae eisdem fere verbis atque a Philostrato describitur:

ὁ δὲ χρυσοῦς Ἔρως ἐπαίδευσε τὴν ποθουμένην εὐστόχως ἐπιτοξεύειν ταῖς τῶν ὀμμάτων βολαῖς.

Philostr. imag. II ιθ': βολαί τε ὀφθαλμῶν εὔσκοποι.

Philostrati libri quidem praebent βολαί τε εὔσκοποι, sed non est dubium quin etiam apud illum, ut Foerster me monuit, εὔστοχοι, quae vox ad illud βολαί multo melius quadrat, legendum sit.

Laudatur etiam symmetria ac proportio superciliorum verbis quae eundem sensum praebent atque similis locus in Philostrato.

Conferas enim:

Aristaen. ep. I: τὸ μεσόφρυον ἐμμέτρως τὰς ὀφρῦς διορίζει.

Phil. imag. II ε': τῶν δὲ ὀφρύων χαρίεν μὲν τὸ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἄρχεσθαι καὶ ὁμόθεν ἐκπεφυκέναι τῆς ῥινός.

De capillo dicit:

Aristaen. ἡ δὲ κόμη φυσικῶς ἐνουλισμένη ὑακινθίνῳ ἄνθει.

Phil. im. I κδ': καὶ ὑακινθίνην εἶναι τῷ μειρακίῳ τὴν κόμην vel

im. II ια': ἐκπεφύκασι ὑακινθίνοις ἄνθεσιν.

Quod Aristaenetus capillorum colorem cum hyacintho comparat, sequitur sophistarum consuetudinem, apud quos color

[1]) Rohde, l. l. p. 160/61. Multa quae ad hanc rem pertinent I. Fürst congessit in: „Untersuchungen zur Ephemeris des Diktys von Kreta." Philologus, N. F. 15, p. 375 sqq. et 593 sqq. Cf. etiam Wendlandium, qui Fürstii exempla auxit in: Berlin. Philol. Wochenschr. 1904, p. 292 sqq.

hyacinthinus valde in deliciis fuit, quam rem iam Boissonadius[1]) observavit.

Singulas partes corporis describens Aristaenetus de collo dicit:

τράχηλος λευκός τε καὶ σύμμετρος τῷ προσώπῳ κἂν ἀκόσμητος ᾖ, δι' ἁβρότητα τεθάρρηκεν ἑαυτῷ.

Quo loco duae res observandae sunt, quas ipsas apud Philostratum invenimus: primo Aristaenetus candidum colli colorem praedicat, quem Philostratus quoque compluribus locis laudat, ut:

Imag. II θ': ἀλλ' ἀσκεύαστον τὸ κάλλος... χαίτην μὲν μέλαινάν τε καὶ ἀμφιλαφῆ περιχέασα τοῖς ὤμοις καὶ τῷ αὐχένι, δέρην δὲ λευκὴν ὑπεκφαίνουσα,

deinde rhetor collum etiam pulchrius esse dicit, cum omni ornamento careat, quod ipsum Philostratus facit et loco modo laudato et in

imag. II η': καὶ ἡ δέρη ἔτι ἡδίων ὑπὸ τοῦ μὴ κεκοσμῆσθαι.

Hic primum Aristaeneti consuetudinem observare licet, qua diversos locos ex Philostrati imaginibus contaminavit atque in unum coniunxit; in imagine II η' Philostratus pulchritudinem colli laudat, quae nullo ornamento indigeat; in imagine II θ' candidum colli colorem qui ex nigris capillis eluceat, laudibus effert; quas duas Philostrati elocutiones Aristaenetus in unam contraxit. Quae res etiam eo confirmatur, quod Aristaenetus paulo post de περιδεραίῳ καὶ λίθοις verba facit, quae apud Philostratum legit.[2])

Pectus Laidis vestimentis opertum est, quam ob rem ipsum quidem accuratius depingere nequit, sed per amictum prominens laudat:

οἱ μαστοὶ τὴν ἀμπεχόνην ἐξωθοῦσι βιαίως.

Idem sensus est in verbis quae Philostratus facit in

imag. II η': ὁρᾷς δὲ καὶ τὴν ὠλένην ὡς διὰ λευκῆς τῆς ἐσθῆτος λευκοτέρα ὑποφαίνεται καὶ οἱ μαζοὶ ὀρθοὶ ὑπαυγάζουσι.

Eandem igitur imaginem II η' Aristaenetus adhibuit. At haec de prima epistula.

In longe alias res tertia epistula nos introducit.

---

[1]) Vide Boissonadium ad hunc locum p. 221 sq. et Rohdium l. l. p. 164. Similia leguntur apud Theocr. X 28.

[2]) Cf. imag. II η': ἡ δέρη ἔτι ἡδίων ὑπὸ τοῦ μὴ κεκοσμῆσθαι, ὅρμοι γὰρ καὶ αὐγαὶ λίθων καὶ περιδέραια. . .

Ars sophistica amavit descriptiones naturae adeo, ut haec consuetudo persaepe illuderetur, ut a Plutarcho;[1]) neque tamen rhetores hanc rem dimiserunt, quoniam in ipsis descriptionibus maxime ingenium suum et artem monstrare poterant. Quae descriptiones et libere soluteque adhibebantur et in modum exornationis cuiusdam, qualem praecipue apud scriptores eroticos invenimus.

Saepe contemplatio naturae exit in descriptionem viridarii, cui certa forma praescripta est, quam ipsam et ex epistulis eroticis et ex aliis sophistarum scriptis et ex reliquiis veterum picturarum novimus;[2]) qui scriptores huic arti maxime studuerint, Rohdius[3]) ostendit, neque dubium est quin et illa horti descriptio, quam Aristaenetus in epistula I. 3 composuit, inter optimas numeranda sit. Sed iam hoc missum faciamus et contemplemur singula:

epistula III.

In illo horto amatorio caespes mollis ad quietem invitat:

καὶ πόα μαλθακή, ἐφ' ἧς ἥδιον κατακλιθῆναι ἢ ἐπὶ τῶν πολυτελεστάτων δαπίδων.

Similiter dicit Philostratus in

imag. I ϛ': πόα ἁπαλὴ κατέχει τοὺς δρόμους οἷα καὶ κατακλιθέντι στρωμνὴ εἶναι.

Variae arbores in illo horto enumerantur,

ἄμπελοι δὲ παμμήκεις σφόδρα τε ὑψηλαὶ περιελίττονται κυπαρίττους. πλάτανος μὲν ἀμφιλαφής τε καὶ σύσκιος

neque desunt arbores pomiferae:

δένδρα πολλὰ ὀπώρας πληθύοντα, εὐανθῆ μὲν τοὺς ὅρπηκας, πάμφορα δὲ τὸν καρπόν.

Philostratus quidem in imaginibus de pulchris hortis viridariisque narrat, ut omnino formis regionum ad eximiam pulchritudinem pictis valde delectatur; neque tamen Aristaenetus, quamquam haud scio an per Philostratum ad hortum describendum adductus sit, in hac re eum exscripsit, quod, ut

[1]) Cf. Amator. 1.

[2]) Cf. K. Woermann Die Landschaft in der Kunst der alten Völker, p. 228 sqq.

[3]) Cf. Rohdium p. 541. Pulchri horti describuntur: ab Achille Tatio I 45, Longo IV 2, Nonno Dion. III 165.

supra vidimus,[1]) nonnulla etiam in Platonis Phaedro invenit Sed exstant satis multa quae Aristaenetus Philostrato debeat.

Ex imagine II ιζ' (insulae) sumptus est hic locus:

πρὸς θέαν τῶν βοτρύων, ὧν οἳ μὲν ὀργῶσιν, οἳ δὲ περκάζουσι, οἳ δὲ ὄμφακες, οἳ δὲ οἰνάνθαι δοκοῦσιν.

quem conferas cum Philostrato

imag. II ιζ': βότρυς δὲ οἳ μὲν ὀργῶσιν, οἳ δὲ περκάζουσι, οἳ δὲ ὄμφακες, οἳ δ' οἰνάνθαι δοκοῦσιν.

Nulla fere mutatione Aristaenetus totum locum recepit. Philostratus ipse, id quod saepe solet, illam uvarum descriptionem secundum Homeri versus quosdam instituisse videtur.[2])

Per medium hortum rivus sub platano profluens et ad lavationem invitans currit:

ἡ δὲ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῇ πλατάνῳ ῥεῖ ὕδατος εὖ μάλα ψυχροῦ καὶ διαφανοῦς . . .

quam descriptionem Aristaenetus e Platonis Phaedro sumpsit, quamquam similia etiam apud Philostratum inveniuntur, ut in imagine I θ', ubi item rivus per medium hortum fluit et balneum praebet. Ex eadem autem imagine haec sumpta videntur:

Aristaeneto non satis est rivum per hortum fluentem commemorasse, immo mentio rivi ansam praebet ad varias alias explicationes, quarum hanc afferre liceat:

καλὴ μὲν οὖν ἡ πηγὴ καὶ καθ' ἑαυτήν, φαιδροτέρα δὲ μᾶλλον ἐδόκει τοῖς εὐωδεστέροις ἐπικοσμηθεῖσα τῶν φύλλων, qui locus comparetur cum Philostrati

imag. I θ': διὰ μέσου γὰρ τοῦ ὕδατος ἀμάραντα νεύει . . . ἡδεῖς ἀστάχυες καὶ βάλλοντες ἄνθει τὸ ὕδωρ.

Scilicet hortus a multis avibus aliisque animalibus frequentatur. In ipsis quoque describendis Aristaenetus ad Philostrati imaginem, dico eandem I θ', recurrit; locutus enim de cantu lusciniarum pergit non solas luscinias esse, quae in horto versentur, sed alias quoque parvas cantrices inveniri, quas ita describit:

ὁ μὲν ἐπὶ πέτρας ἀναπαύει τὼ πόδε καθ' ἕνα, ὁ δὲ ψύχει τὸ πτερόν, ὁ δὲ ἐκκαθαίρει, ὁ δὲ ἧρέ τι ἐκ τοῦ

[1]) Cf. pag. 18.
[2]) Cf. Homeri Od. η 125: ὄμφακές εἰσι ἄνθος ἀφιεῖσαι, ἕτεραι δ' ὑποπερκάζουσιν.

ὕδατος, ὃ δὲ εἰς τὴν γῆν κατανένευκεν ἐπισιτίσασθαί τι ἐκεῖθεν.

Phil. im. I θ′: καὶ τὰ σχήματα δ᾽αὐτῶν ποικίλα· ὃ μὲν γὰρ ἐπὶ πέτρας ἀναπαύει τὼ πόδε καθ᾽ ἕνα, ὃ δὲ ψύχει τὸ πτερόν, ὃ δὲ ἐκκαθαίρει, ὃ δὲ ἥρηκέ τι ἐκ τοῦ ὕδατος, ὃ δὲ εἰς τὴν γῆν ἀπονένευκεν ἐπισιτίσασθαί τι ἐκεῖθεν.

Cui hoc legenti cantricum descriptio non mira videatur! Concedamus oportet Aristaeneto hoc loco minus feliciter contigisse, ut quod ex Philostrato sumpsit, apte conecteret; nam in aves cantrices parvas illa verba quadrare nemo intellegit; at videamus, qui sit conexus apud Philostratum. In imagine quam supra laudavi, is loquitur de avibus palustribus, quarum habitum interpretatur; de ipsis talia dicere potest suo iure; quodsi Aristaenetus totum locum nulla mutatione in descriptionem suam recepit, aliam causam vix inveniemus nisi eam, quod pulchritudine ac veritate Philostrateae ἐκφράσεως captus quovis modo vel conexu neglecto ipsam adhibere conatus est. Quae sequuntur verba comprobant auctorem de avibus parvis cogitasse; dicit enim:

ἡμεῖς δὲ ὑφειμένῃ τῇ φωνῇ διελεγόμεθα περὶ τούτων, ὅπως μὴ ἀποπτῶνται καὶ διασκεδάσωμεν τῶν ὀρνίθων τὴν θέαν.

In his quoque verbis Aristaenetus a Philostrato pendet, quamquam ipsum sensum aliis verbis facile exprimere potuit; legimus apud Philostratum in imag. I κβ′ (Midas):

καθεύδει ὁ Σάτυρος καὶ ὑφειμένῃ τῇ φωνῇ περὶ αὐτοῦ λέγωμεν, μὴ ἐξεγείρηται καὶ διαλύσῃ τὰ ὁρώμενα.

De omnibus his pulchris rebus gaudent iuvenis et sponsa eius qui in hoc horto diem degunt. De corona qua puella se ornat, dicitur:

καλὸς δὲ ὁ στέφανος καὶ δεινὸς ἐπιπρέψαι ταῖς ἐν ὥρᾳ καὶ φαιδρότερον τοῖς ῥόδοις ἀποτελέσαι τὸ ἔρευθος, ὅταν ᾖ τούτων καιρός.

Idem dicit Philostratus in imagine I κα′: καλὸς γὰρ ὁ στέφανος καὶ δεινὸς ἐπιπρέψαι τοῖς ἐν ὥρᾳ, τὰ δὲ ἄνθη παρθένοις ἀναφυέσθω καὶ γυναίοις ἔρευθος ἑαυτοῖς ἐργαζέσθω.

Unum addatur:

uterque auctor adamat certis formulis transire ad aliam rem narrandam, id quod etiam ex hac epistula intellegitur, ut:

κἀκεῖνο ἐπιτερπέστατον vel κἀκεῖνο ἥδιστον. Similia inveniuntur in Philostrati imagine I λα' et alias.[1])

At de tertia epistula hactenus; sine dubio ex ipsa elucet, quantopere Aristaenetus a Philostrato pendeat, ita ut saepe ex una atque eadem imagine hauriat.

Minus ad nostram quaestionem quarta primi libri epistula facit, quamquam flosculo e Philostrati imagine sumpto incipit:

Epistula IV

ὁρᾷς ἐκείνην, ὦ φίλε, τὴν ἐπιβάλλουσαν τὴν χεῖρα τῇ παιδίσκῃ;

Haud scio, num quis in his verbis simplicibus compilationem suspicetur; tamen haec elocutio uno vocabulo mutato apud Philostratum invenitur in imagine

II λγ': ἣν οἶμαι ὁρᾷς ἐπιβάλλουσαν τὴν χεῖρα τῷ στόματι.

Secundum sophistarum[2]) morem Aristaenetus amat de oculorum fulgore amantium verba facere, qui quasi loqui videantur:

ἐνδοτικοῖς καὶ θέλουσιν ὀφθαλμοῖς ἐπιχαρίτως ἐδήλου.

Idem adamat Philostratus etsi aliis verbis:

imag. I ι': ὀπαδὸς δὲ ἔρωτος· ἵμερος οὕτω ἐπικέχυται τοῖς ὀφθαλμοῖς, vel:

imag. II κγ': βλοσυρὸν μειδιῶν καὶ ξένον καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀτενίζων εἰς αὐτά, τὴν δὲ τοῦ βλέμματος ἔννοιαν ἀπάγων εἰς ἃ ἐξηπάτηται.

Quantopere rhetores de talibus rebus egerint, Rohdius[3]) permultis locis illustravit.

In epistula quinta et sexta nihil invenitur, quod ad rem nostram alicuius momenti sit. Idem de aliis quoque epistulis dici debere non erit mirum; nam Aristaeneti epistulae sunt erotici generis et omne studium imprimis contulit in amorum gaudiis

---

[1]) Alia exempla vide apud Guil. Schmid l. l. IV, p. 527.

[2]) Cf. I. Fürst l. l. p. 337.

[3]) Cf. Rohdium p. 163, 2. Hic exempli gratia afferantur: Xenoph. Ephes. I. 2, 6. Achill. Tat. I. 4, 3. Similia leguntur apud Heliodorum compluribus locis, ut I. 30, II. 5, II. 16.

et doloribus, dolis, fraudibus tractandis, ita ut complures epistulae argumenta comoediae[1]) respiciant.

Septima quoque epistula illius generis est, sed descriptiones et corporis pulchritudinis et naturae praevalent.

Epistula VII.

Quod Aristaenetus in initio huius epistulae dicit, nihil est aliud nisi ea quae iam supra[2]) tractavimus. Pulchritudinem nominat αὐτοφυές, id est sibi ipsa omni ornamento carens satis est. Comparari potest illud κάλλος αὐτοφυές cum κάλλει ἀσκευάστῳ Philostrati imag. II 9. Virgo, de qua in hac epistula agitur, corpus suum in lacu lavat ita, ut candidus corporis color ex atra aqua elucescat.

Priusquam ad verba ipsa accedamus, alia et Aristaeneti et Philostrati consuetudo notetur.

Ambo, quocunque modo fieri potest, colorum discrimen diligenter examinant et praecipue colorem nigrum et album distinguunt vel ostendunt, quomodo alter ab altero discrepet.

Qui usus apud Philostratum, ut qui artis peritus picturas interpretetur singulasque subtilitates notet, non est mirus; quodsi vero etiam Aristaenetus hanc rem adhibuit, demonstratur eum hac quoque in parte a Philostrato duci. Quam rem cum ex exemplo quod ex prima epistula reservatum hic proferatur, tum e septima epistula intellegemus.

In prima epistula album oculorum a nigro pupillarum distinguitur:

τὸ μέλαν αὐτῶν μελάντατον, καὶ τὸ κύκλῳ λευκὸν λευκότατον,

quae verba ipsa ex Alciphronis[3]) epistula sumpsisse videtur; pergit autem:

καὶ ἑκάτερον ὑπερβολὴν πρὸς τὸ ἕτερον ἐπιδείκνυται καὶ τὸ λίαν ἀνόμοιον εὐδοκιμεῖ παρακείμενον.

Haec plane dictio Philostratea; e compluribus exemplis haec conferantur:

imag. II γ′: καὶ τὰ ἐναντιώτατα τῶν χρωμάτων ἐς τὴν τοῦ κάλλους συνθήκην ὁμολογεῖ.

---

[1]) Cf. pag. 4.

[2]) Cf. pag. 34.

[3]) Cf. frag. 5 (Schepers): καὶ τὸ μέλαν αἱ κόραι μελάνταται καὶ τὸ κύκλῳ λευκόν.. Cf. supra pag. 25

imag. I ιγ': ἐν γλαυκῷ δὲ τῷ τῆς θαλάττης ἄνθει τὰ τῶν ἰχθύων χρώματα μέλανες μὲν οἱ ἄνω δοκοῦσιν, ἧττον δὲ οἱ ἐφεξῆς, οἱ δὲ μετ' ἐκείνους ἤδη παραψεύδονται τὴν ὄψιν.

Identidem, ut in epistula septima, invenitur apud Aristaenetum nigri et albi oppositio;

ἐξέλαμπε γὰρ ἐκ πολλῆς τε καὶ μελαίνης κόμης λευκὸς μὲν τράχηλος, εὐανθὴς δὲ παρειά.

Similiter in Philostrati imagine

II θ': χαίτην μὲν οὕτω μέλαινάν τε καὶ ἀμφιλαφῆ περιχέασα τοῖς ὤμοις καὶ τῷ αὐχένι, δέρην δὲ λευκὴν ὑπεκφαίνουσα.

Lacus, in quo puella se lavat, ἀτάραχος καὶ γαληναῖος dicitur; similiter Philostratus in imag.

I κ': τὸ ὕδωρ γαληνὸν γέγραπται.

Nudam virginem corpus lavantem Aristaenetus cum nymphis comparat:

φήθην ἄν τινα τῶν Νηρηίδων ὁρᾶν θρυλουμένων.

Philostratus quoque talem comparationem novit in

imag. II ιζ': καὶ τὰς Νηρηίδας εἰκός, ὅταν τῇ θαλάττῃ ἐπιπαίζωσιν.

Iam supra vidimus rhetores comparationes cum deis et deabus factas valde adamasse. Duae enim rationes exstabant, si rhetores pulchritudinem depingere volebant: aut singulas corporis partes describebant et laudabant, cuius rei exempla iam supra attulimus, aut cum deis et deabus pulchros homines comparabant.[1]) Mira enim perfectio, qua Graeci per saecula artibus fingendis operam dantes deis et deabus et heroibus certas formas excoluerant, unicuique formae insigni pulchritudinis certum exemplar praebuit. Cum igitur auctores erotici pulchritudinem personarum efferre vellent, eos nihil nisi simulacrorum mentionem facere oportebat, ut quisque statim intellegeret, quanta pulchritudine ille esset de quo auctor narrabat.

Quod ad remedium Aristaenetus quoque persaepe recurrit neque dubitavit Philostrato duci hic illic se committere, cuius rei aliud eximium exemplar iam supra[2]) tractatum in eadem epistula septima exstat.

Epistulis VIII et IX neglectis, cum nihil nos iuvent, ad decimam nos vertamus, quam nihil aliud nisi paraphrasin Calli-

[1]) Cf. Rohdium l. l. pag. 165.

[2]) Cf. pag. 29.

machei carminis esse Carolus Dilthey[1]) demonstravit. Res ipsa de qua agitur et notior est, quam ut singula narrentur, et iam in primo nostrae commentationis capite[2]) leviter perstricta est; hic artem tantum intueamur, qua Aristaenetus descriptionem nuptiarum (Acontii iuvenis cum Cydippa) flosculis e Philostrati imaginibus sumptis composuit. Hanc epithalamii imaginem Aristaenetus effingit:

epistula X.

καὶ πρὸ τῆς παστάδος τὸν ὑμέναιον ᾖδον αἱ μουσικώτεραι τῶν παρθένων καὶ μελίφωνοι τοῦτο δὴ Σαπφοῦς ἥδιστον φθέγμα.

Primam huius narrationis partem Aristaenetus sumpsit e Philostrati imagine I θ':

κύκλῳ δὲ ταῖς ὄχθαις ἐφεστᾶσιν οἱ μουσικώτεροι τῶν κύκνων ἐπᾴδοντες.

Aptissime auctor ea quae Philostratus de cygnis dixit ad virgines revocat. Alteram partem descriptionis legimus in Philostrati imagine II α', ubi cantricum voces mellitae nominantur, quod vocabulum μελίφωνοι Philostratus ex Sapphus carmine quodam se sumpsisse dicit:

τοσοῦτον ἁμιλλῶνται ῥοδοπήχεις καὶ ἑλικώπιδες καὶ καλλιπάρῃοι καὶ μελίφωνοι, Σαπφοῦς τοῦτο δὴ τὸ ἡδὺ πρόσφθεγμα.

Memoratu dignum est, quo modo Aristaenetus Philostrati elocutione usus sit:

Pro πρόσφθεγμα dicit φθέγμα, quod cantum significat; qua mutatione adhibita optime ei licuit dicere: virgines canunt carmen nuptiale Sapphus. Alia quoque mutatio insignis est:

illud ἑλικώπιδες, quod apud Philostratum invenit, Aristaenetus adhibere non potuit; parva mutatione quae concentum fere observat, illud ἑλικώπιδες in ἡλικιώτιδες transformavit.

Descriptionem sollemnium nuptialium Aristaenetus sic concludit:

καὶ ἡ διδάσκαλος ὑπέβλεπε τὴν ἀπᾴδουσαν καὶ εἰς τὸ μέλος ἱκανῶς ἐνεβίβαζε χειρονομοῦσα τὸν τρόπον. ἕτερος δὲ τοῖς ᾄσμασιν ἐπεκρότει καὶ ἡ δεξιὰ τοῖς

[1]) De Callimachi Cydippa, pag. 112 sqq.
[2]) Cf. pag. 3.

δακτύλοις ὑπεσταλμένοις ὑποκειμένην τὴν ἀριστερὰν ἔπληττεν εἰς τὸ κοῖλον, ἵν' ὦσιν αἱ χεῖρες εὔφωνοι συμπληττόμεναι τρόπον κυμβάλων.

Duos hic locos ex Philostrato sumptos Aristaenetus contexuit, non felicissime sane; nam ad cantum, ut quem pulcherrimum auctor depingat ita, ut omnem vocem dissonam canentium magistra acerrime vituperet, non quadrat quod addidit, dico illum strepitum, quem qui Comum sequuntur facere solent; hunc enim morem Philostratus describit in imag. I β':

μιμεῖται δὲ ἡ γραφὴ καὶ κρότον . . . καὶ ἡ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις ὑπεσταλμένοις ὑποκειμένην τὴν ἀριστερὰν πλήττει ἐς τὸ κοῖλον, ἵν' ὦσιν αἱ χεῖρες ξύμφωνοι πληττόμεναι τρόπῳ κυμβάλων.

Primam partem descriptionis Aristaeneti in imagine II α' invenimus, in eadem igitur imagine, quam supra iam compilatam esse diximus; sic enim legimus apud Philostratum:

ᾄδουσι γὰρ αἱ παῖδες, ᾄδουσι, καὶ ἡ διδάσκαλος ὑποβλέπει τὴν ἀπᾴδουσαν κροτοῦσα τὰς χεῖρας καὶ ἐς τὸ μέλος ἱκανῶς ἐμβιβάζουσα.

Haec de decima epistula, ex qua iterum intellegimus Aristaenetum eandem unam imaginem despoliare non dubitasse. Similia docet

epistula XI.

Qua in epistula pulchritudo iuvenis laudatur singulaeque eius corporis partes describuntur.

De capillis Aristaenetus dicit:

ἱκανὸν μὲν πρὸς ἔρωτα καὶ μόνον τὸ ἐπίγρυπον τοῦ νεανίσκου, ἱκανὴ δὲ ἡ κόμη, καλὴ μὲν καθ' ἑαυτὴν οὖσα, ἔτι δὲ καλλίων περικειμένη μὲν τῷ μετώπῳ, συγκατιοῦσα δὲ τῷ ἰούλῳ παρὰ τὸ οὖς,

quae sumpsit ex Philostrati imagine I ι':

ἡ κόμη δὲ ἡδεῖα μὲν καὶ καθ' ἑαυτὴν ἐναλύουσα μὲν τῷ μετώπῳ, συγκατιοῦσα δὲ τῷ ἰούλῳ παρὰ τὸ οὖς.[1])

---

[1]) Similiter iam antea et in poesi et in prosa scriptores capillos descripserunt; exempli gratia haec afferantur: Hom. Od. 11, 319: πρίν σφωιν ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους ἀνθῆσαι πυκάσαι τε γένυς εὐανθέι λάχνῃ; Xenoph. Symp. 4, 23: οὐχ ὁρᾷς ὅτι τούτῳ μὲν παρὰ τὰ ὦτα ἄρτι ἴουλος καθέρπει. Cf. quae Studniczka de hoc Xenophontis loco dixit in: Festschrift für Th. Gomperz, Wien 1902, p. 429 sqq.

Comparari quoque possunt verba quae Philostratus alio loco de hac re dicit:

Imag. I λ': ἡ κόμη ... καὶ ἰούλῳ συνανθεῖ καὶ μεταπίπτουσα τῇδε κἀκεῖσε ἐν τῷ καιρίῳ μένει.

Aetatis florem Aristaenetus verbis describit, quae congruunt cum similibus Philostrati; dicit enim:

ἡβάσκων ἀμφὶ πρώτην ὑπήνην.

Compluribus Philostrati locis legimus:

Imag. I λ': μειράκιον ἐν ὑπήνῃ πρώτῃ vel:

„ II ζ': ἡβάσκει μὲν ὑπήνης πρόσω,

„ II ϑ': νέος ἔτι ἐν ἁπαλῇ τῇ ὑπήνῃ.[1]

Vestimentum iuvenis Aristaenetus verbis Philostrati laudat:

τὸ δὲ χλανιδίσκιον, βαβαὶ τῶν χρωμάτων· οὐ γὰρ ἐφ' ἑνὸς μένει χρώματος, ἀλλὰ τρέπεται καὶ μετανθεῖ.

Phil. imag. I ι': καὶ ἡ χλαμὺς παρὰ τοῦ Ἑρμοῦ τάχα. οὐ γὰρ ἐφ' ἑνὸς μένει χρώματος, ἀλλὰ τρέπεται καὶ κατὰ τὴν ἶριν μετανθεῖ.

Notandum est Aristaenetum haec verba ex eadem imagine I ι' sumpsisse et in contextum aptissime inseruisse, quod perfecit enuntiationem praeeuntem voce χρωμάτων concludens. Pauca ad nostram rem pertinentia praebet

epistula XII.

Ut compluribus locis de osculis similibusque amoris voluptatibus agitur, ita et in hac epistula Aristaenetus ea perstringit Philostratum compilans. Conferas:

Arist.: καὶ ἡδὺ τὸ ἆσθμα· εἰ δὲ μήλων ἢ ῥόδων πώμασι συμμιγέντων ἀπόζει, φιλήσας ἐρεῖς.

Phil. im. I ιε': καὶ ὡς ἡδὺ τὸ ἆσθμα· εἰ δὲ μήλων ἢ βοτρύων ἀπόζει, φιλήσας ἐρεῖς.

Haec de epistula XII.

Nihil fere in epp. XIII, XIV, XV invenitur, quod ad Philostrati imagines redeat. Omnino Aristaenetus in epistulis, quae sequuntur, argumenta pure erotica tractavit, ad quae explicanda, ut supra vidimus, alii scriptores maiorem materiem ei praebebant quam Philostratus. Nihilo secius in nonnullis epistulis,

[1] Cf. Platonis Protag. 309 A/B: ὃς ἔφη χαριέστάτην ἥβην εἶναι τοῦ ὑπηνήτου.

plerumque cum descriptionibus opus esset, ad Philostratum se vertisse videtur. Sic in epistula XV congruit cum eo genarum colorem describens:

epistula XV.

ἐπιχαρίτως πεφοινιγμένη τὰς παρειάς.

Phil. imag. II λβ': φοινίττει τὴν κόρην.

Phil. Iun. im. η': ἤθει τὴν παρειὰν ἐπιφοινίττουσα.[1])

Clades in amore accepta gladiatorum more ita significatur, ut manus tollatur:

ἔρωτος φανέντος γέγονε ῥίψασπις καὶ τὴν δεξιὰν ἀκοντὶ προσανατείνας ὡμολόγει τὴν ἧτταν,

quae comparari possunt cum

Phil. imag. I ια': ἡ Γῆ ἀπαγορεύει καὶ τὰς χεῖρας αἴρει ἄνω vel:

imag. II ς': γέγραπται δὲ ὁ μὲν ἀποπνίξας νεκρῷ εἰκάσαι καὶ τὸ ἀπαγορεῦον ἐπισημαίνων τῇ χειρί.

Epistula XXIV.

In epistula XXIV Aristaenetus dictionem οὐ νύκτωρ οὐ μεθ' ἡμέραν Philostrato debere videtur, qui similiter dicit in

imag. I πζ': νύκτωρ αὐτοῦ καὶ μεθ' ἡμέραν.

Epistula XXV.

In epistula XXV Aristaenetus morem amantium describit, de quo iam supra[2]) verba fecimus; hic tantum comparetur, quod Philostratus in imagine quadam de ipsa re dicit, quem ad finem uterque auctor exscribatur:

Arist.: καὶ τῶν ἐκπωμάτων πρὸς αὐτὸν ἀντίδοσιν ἐποιεῖτο . . . καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ὥσπερ ἐκ στομάτων ὑπεφίλουν ἀλλήλους καταπίνοντες τὰ φιλήματα καὶ τὸν οἶνον τοῖς χείλεσι κεκραμένον μέχρι καὶ αὐτῆς παρέπεμπον καρδίας.

Phil. imag. I κ': ὁ σοφώτατος δὲ αὐτῶν ἔτι θερμοῦ θατέρου αὐλοῦ τὴν γλῶτταν ἀνασπάσας ἐσθίει καὶ τὸν Ὄλυμπον οὕτω φιλεῖν οἴεται, φησὶ δὲ καὶ ἀπογεύεσθαι τοῦ πνεύματος.

Etiam de pomi in ritibus nuptialibus momento iam[3]) egimus. In epistula XXV iuvenis virgini pomum porrigit, quod comederet antea ab ipso degustatum:

---

[1]) Qui locus eo dignus est, qui commemoretur, quod etiam Philostratum Iuniorem Aristaeneti fontem ostendit.

[2]) Cf. pag. 6.

[3]) Cf. pag. 6.

μήλου μικρὸν ἀποδακὼν εὐστόχως ἠκόντισεν εἰς τὸν κόλπον ἐκείνης. ἡ δὲ φιλήσασα παρέβυσε.

Totum hunc locum Aristaenetum Luciano debere iam supra diximus;[1]) neque tamen dubium est quin Aristaenetus etiam hunc Philostrati locum noverit:

imag. I ς': ὁ μὲν γὰρ διὰ μήλου παίζοντος πόθου ἄρχεται, ὅθεν ὃ μὲν ἀφίησι φιλήσας τὸ μῆλον, ὃ δὲ αὐτὸ ὑποδέχεται ταῖς χερσὶ δῆλον ὡς ἀντιφιλήσων.

Epistula XXVI.

Epistula XXVI magni est momenti ad aetatem Aristaeneti eruendam; in hac enim epistula Caramalli[2]) mimi mentio fit, qui Sidonii Apollinaris aequalis fuisse fertur; sed etiam, quod ad fontem attinet, nostram quaestionem haec epistula uno loco adiuvat, quo Aristaenetus sine dubio Philostrati meminit. Auctor describit saltationem artificiosam puellae et plausum clamoresque spectantium his verbis:

ὁ δε δῆμος ἀνέστηκέ τε ὀρθὸς ὑπὸ θαύματος καὶ φωνὰς ἀμοιβαίας ἀφίησιν ἐμμελῶς καὶ τὼ χεῖρε κινεῖ καὶ τὴν ἐσθῆτα σοβεῖ· ἔπειτα συγκαθήμενοι διηγεῖται καθ' ἕκαστον ἄλλος ἄλλῳ κινήματα πολυτρόπου σιγῆς καὶ πᾶς θεατὴς ὑφ' ἡδονῆς χειρονόμος εἶναι πειρᾶται,

quo loco Aristaenetus copiosius sane explicat, quod apud Philostratum legit:

imag. II ς': βοῶσι γοῦν ἀναπηδήσαντες τῶν θάκων καὶ οἳ μὲν τὼ χεῖρε ἀνασείουσι, οἳ δὲ τὴν ἐσθῆτα, οἳ δὲ αἴρονται ἀπὸ τῆς γῆς, οἳ δὲ τοῖς πλησίον ἱλαρὸν προσπαλαίουσιν.

Epistula XXVII.

In initio epistulae XXVII vestimentum varie virgatum sic describitur:

θερίστριον ποικίλον ταῖς ἀπὸ κερκίδος γραφαῖς.

Similiter Philostratus in

imag. II ε': ἡδεῖα δὲ τῇ ἀναξυρίδι καὶ παρεχομένῃ γραφὰς ἀπὸ κερκίδος.

In eadem epistula Aristaenetus in cruribus laudandis cum Philostrato consentit; conferas:

---

[1]) Cf. pag. 23/24.

[2]) Cf. pag. 1.

Arist.: ἵνα δείξῃ τὴν κνήμην ἰθυτενῆ καὶ πόδα λεπτὸν καὶ εὔρυθμον, et

Phil. imag. II β': εὐθεῖα μὲν γὰρ ἡ κνήμη τῷ παιδί.

Haec de primo epistularum libro; iam ad alterum pergamus, qui pauca quidem, sed satis gravia argumenta praebet ad rationem demonstrandam, qua Aristaenetus Philostrati imaginibus usus est.

Lib. II epistula I.

Ex prima epistula libri secundi haud scio an haec cum Philostrati dictis comparanda sint:

Asperitate puellarum amantes magis excitantur:

Arist.: χαριέστατον οἶδα τὸ σμικρὸν ὑποκνίζειν τοὺς νέους.

Phil. imag. I β': ἡ δὲ κομψόν τι αὐτοὺς ἔχουσα κνίζει τὰ μειράκια.

Epistula IV.

Quae in quarta epistula legimus verba:

καί μοι οὕτως ἀπεφάνη καλὴ ὥσπερ εἰ χρυσοῦν τινα περιέκειτο κόσμον

sensum eundem praebent atque quae Philostratus dicit in

imag. II ϑ': ἀσκεύαστον κάλλος vel:

imag. II η': καὶ ἡ δέρη ἔτι ἡδίων ὑπὸ τοῦ μὴ κεκοσμῆσθαι.

Rhetorum erat genarum pulchritudinem et rosas depingere gratumque est videre, quomodo Aristaenetus ad hanc rem eleganter persolvendam duos locos ex Philostrati imagine quadam contaminaverit.

Legimus in eadam epistula IV:

αἱ δὲ παρειαὶ τὸν τῶν ὀμμάτων ἵμερον ὑποδέχονται, ὃν φιλῆσαι μὲν ἥδιστον, ἀπαγγεῖλαι δὲ οὐ ῥᾴδιον,

quibuscum conferantur:

Phil. imag. II ε': ἡ δὲ παρειὰ ὑποδέχεται τὸν ἀπὸ τῶν ὀμμάτων ἵμερον,

ex eadem imagine paulo inferius:

στόμα δὲ ἁπαλὸν καὶ ἀνάμεστον ὀπώρας, φιλῆσαι μὲν ἥδιστον, ἀπαγγεῖλαι δὲ οὐ ῥᾴδιον.

Apud Philostratum illud φιλῆσαι quadrat optime, nam agitur de ore, cuius osculationem Philostratus laudat dulcissimam; Aristaenetus autem utrumque locum ita contaminavit, ut φιλῆσαι ad ἵμερον respiciat, quod sensum praebet pravum.

Epistula V.

Aliam quoque compilationem in V epistula statuere possumus. Virgo amore in pulchrum cantorem inflammata animi affectum vix continere potest; totus corporis habitus virginis affectum patefacit, quam rem Aristaenetus sic describit:

τοτὲ μὲν οὖν εἰς τὰ γόνατα ἡ κεφαλὴ βρίθει, τοτὲ δὲ εἰς ὦμον ἐγκλίνει,

quae legit in Philostrati:

imag. I ιη': ἱζάνουσαί τε κατὰ τῆς γῆς τῆς μὲν εἰς γόνατα ἡ κεφαλὴ βρίθει, τῆς δὲ εἰς ὦμον.

In eadem epistula Aristaenetus verbis quae Philostratus usurpavit, ut pectus turgescens significaret, ad oculorum suavitatem notandam utitur:

πλῆρες δὲ μουσικῆς ἐννοίας τὸ βλέμμα καὶ διασκέψεως τῶν αὐλημάτων.

Phil. imag. I κα': φημί σοι καὶ τὰ στέρνα οὐ πνεύματος ἔμπλεα εἶναι μόνον ἀλλὰ καὶ ἐννοίας καὶ διασκέψεως αὐλημάτων.

Ut aliis locis, hic quoque conspicuum est Aristaenetum maxime similibus condicionibus et rationibus, quas descripturus est, commotum esse, ut Philostratum despoliaret; habemus enim hic et illic adulescentem cantui studentem, qui carminibus suis auditores delectat; quam ob rem non absit suspicio quin Aristaenetus compluribus locis similitudinem condicionum effecerit, ut Philostrati dictionibus uti possit. In

epistula X

consuetudo nobis occurrit rhetorum[1]) describendi insanum fictorum in opera ab ipsis facta amorem.

Verisimile est Aristaenetum ad hoc ζήτημα explicandum praecipue per Philostratum inductum esse, qui de themate ‚τοῦ εἰκόνος ἐρῶν' in vit. soph. p. 101/102 disseruit et in vita Apoll. VI 40 de homine dixit, qui amore in Veneris statuam insano captus est; denique Philostratus eandem rem in imagine quoque tractat, quam Aristaenetus ad fabellam suam componendam despoliavit duas Philostrati dictiones contaminans; dicit enim:

[1]) Cf. Rohdium p. 365. Ἠθοποιία perfecta de eodem themate exstat apud Libanium IV p. 1097 sq. = Nicol. Progymn. (Walz, Rhet. gr. I 294); Nicephor. Progymn. (Walz, Rhet. gr. I 440); Sever. Ethop. 3 et 8 (Walz, Rhet. gr. I 538 et 546).

ἡ μὲν γὰρ πηγὴ γράφει τὸν Νάρκισσον, ἡ δὲ γραφὴ καὶ τὴν πηγὴν καὶ τὸν Νάρκισσον οἷον διψῶντα τοῦ κάλλους.

Contra legimus apud Philostratum in imag. I κγ': ἡ μὲν πηγὴ γράφει τὸν Νάρκισσον, ἡ δὲ γραφὴ τὴν πηγὴν καὶ τὰ τοῦ Ναρκίσσου πάντα,

et sub finem eiusdem imaginis:

ἐφέστηκε γὰρ τὸ μειράκιον ὕδατι ἑστῶτι, μᾶλλον δὲ ἀτενίζοντι ἐς αὐτὸ καὶ οἷον διψῶντι τοῦ κάλλους.

At plura exempla imitationis certa quidem argumenta afferri nequeunt; sed totum genus descriptionis in hac epistula interrogationibus inspersis et compellationibus adhibitis est plane Philostrateum, quod unusquisque senserit, qui Philostrati aliquam imaginem et hanc epistulam deinceps legat. Non desunt tamen vestigia quae comprobent Aristaenetum etiam alias imagines Philostrati expressisse; nam quod de labris ad osculandum maturis loquitur:

χείλη μὲν φαίνει ὡραῖα, ἀλλ' οὐκ ἀποδίδωσι τὸν καρπὸν τοῦ φιλῆσαι

nihil aliud est nisi quod Philostratus in imagine II ε' dicit:

στόμα ἀνάμεστον ὀπώρας ἐρωτικῆς,

cetera verba: χείλη, ὡραῖος, φιλῆσαι, alio quidem conexu in illa imagine occurrunt, sed in ea quam Aristaenetus identidem compilavit.

Amores auctor appellat:

χρυσόπτεροι παῖδες,

similiter atque Philostratus in imag. I ς':

πτερὰ χρυσᾶ (scil. Ἐρώτων).

Similiter denique ab utroque vivida imaginis fides et similitudo describitur; Aristaenetus sic iudicat:

καὶ εἴποις ἂν ὡς ἐπ' ἄκρων τῶν χειλέων προκύπτει τις λόγος καὶ ὅσον οὔπω τοῦ στόματος ἐκπηδᾷ[1]), quae conferas cum

Phil. imag. I κζ': βούλει μαθεῖν ὅ τι λέγει· δοκεῖ γάρ μοι μὴ φωνῆς μόνον ἀλλὰ καὶ λόγου τι ἐπιδηλοῦν τῷ προσώπῳ.

---

[1]) Cf. Crusium ad Herondam pag. 82 sq. Herond. IV 32: εἰ τι μὴ λίθος τοὔργον, ἐρεῖς λαλήσειν. Anthol. Palat. VI. 352: ταύταν γοῦν ἐτύμως τὰν παρθένον ὅστις ἔγραψεν αἱ καὐδὰν ποτέθηκ', ἦς κ' Ἀγαθαρχὶς ὅλα.

Epistula XIII.

In epistula XIII narratur de iuvene, qui sponsam suam lormientem reliquit; cuius puellae fortunam Aristaenetus comparat cum Ariadne, quae ipsa quoque a Theseo relicta est Baccho monente; haec comparatio ex Philostrati imagine I ιε΄ fluxit, id quod facile locis iuxtapositis intellegitur:

Ar. Ἀριάδνην με πᾶσαι καλοῦσι, σὺ δὲ Θησεὺς ἐμοὶ εἴθε καὶ Διόνυσος·

Phil. imag. I ιε΄: ὅτι τὴν Ἀριάδνην ὁ Θησεὺς ἄδικα δρῶν (οἱ δ' οὐκ ἄδικά φασιν ἀλλ' ἐκ Διονύσου) κατέλιπεν ἐν Δίᾳ καθεύδουσαν.

Epistula XV.

In epistula XV rem invenimus similem epistulae I. 15 (cf. p. 44) satisque est locos comparasse:

Ar.: εἰς σύμβολον παραδόξου νίκης ἀνατείνων τὴν χεῖρα.

Phil. imag. I ια΄: ἡ Γῆ ἀπαγορεύει καὶ τὴν χεῖρα αἴρει ἄνω.

Epistula XIX.

Vox canentium in epistula XIX cum Sirenibus comparatur:

ἴσα καὶ Σειρῆνες γλυκεῖαν ἀφιέντες φωνήν.

Phil. imag. II ιζ΄: Σειρήνων δίκην ᾄδουσιν.

De iuvene pulchro Aristaenetus in eadem epistula similiter atque supra[1]) Philostratum secutus dicit:

νέος, καταβόστρυχος ἔτι ἐν ἁπαλῇ τῇ ὑπήνῃ.

Phil. imag. II θ΄: νέος ἔτι ἐν ἁπαλῇ τῇ ὑπήνῃ.

Idem iuvenis rosis coronatus ad sponsam venit:

ἦλθεν, ἐφάνη τὴν κεφαλὴν ῥόδοις ἀνθίσας.

Phil. imag. I ιε΄: τὴν κεφαλὴν ῥόδοις ἀνθίσας ἔρχεται παρὰ τὴν Ἀριάδνην.

Ultima quoque epistula (XXI) exempla praebet, quae doceant, quantopere Aristaenetus a Philostrato pendeat.

In pulchritudine puellae laudanda niger superciliorum color albo frontis opponitur:

ὀφρὺς μέλαινα κατὰ λευκοῦ τοῦ μετώπου.

Quam dictionem Boissonadius[2]) redire vult ad Theocriti id. 24:

καὶ λευκὸν τὸ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι λάμπε μελαίναις,

---

[1]) Vide p. 43.

[2]) Cf. Boissonad., p. 732.

minus recte, quoniam Aristaenetus magis cum Philostrato congruit quam cum Theocrito· eademque imago saepius ab Aristaeneto usurpata est; legimus enim in

imag. II ϑ': αἱ ὀφρύες ὑπὸ λευκῷ τῷ μετώπῳ μέλαιναι.

Verisimile autem est Philostratum ipsum hoc quoque loco Theocriti meminisse, quem saepius exscripsit.

Ex alia Philostrati imagine Aristaenetus ad capillos laudandos sumpsit verba:

οὐδὲ στεφανοῦσϑαί σοι τὴν κεφαλὴν ἀναγκαῖον ἅτε τῆς κόμης ἀποχρώσης αὐτῇ,

quae reperimus in imagine

I ς': οὐδὲ ἐστεφάνωνται τὰς κεφαλὰς ὡς ἀποχρώσης αὐτοῖς τῆς κόμης.

Iam summam eorum quae exposuimus comprehendentes dicimus Aristaenetum ad descriptiones in epistulis suis componendas plurima e Philostrati imaginibus hausisse, ut quae perfectas descriptiones ei praeberent, ita ut passim unam atque eandem imaginem fontem adiret, et ex ipsis maiores descriptiones et minores flosculos mutuatus in textum suum insereret. Hoc quoque dici potest Aristaenetum ea quae integra ex imaginibus deprompta reddit, nonnullis locis magna cum arte et elegantia in textum suum inseruisse, cetera paucis in usum suum mutatis coniunxisse.

Sed postquam et epistulas et imagines Philostrati ab Aristaeneto excerptas esse intelleximus, num cetera quoque Philostratea scripta inspexerit, videamus.

C. Num Aristaenetus etiam cetera Philostratea scripta expresserit.

Qua in quaestione Aristaeneti consuetudo quam identidem cognovimus, evidenter apparet. Inter Philostratea enim scripta ea praecipue vel potius unice expressit, quae materiem idoneam et quasi praeparatam ei praebuerunt, scilicet epistulas et imagines. Passim quidem etiam in ceteris Philostrateis scriptis cum Aristaeneti flosculis consensus occurrere videtur, sed aut tam parvus est, ut nihil demonstret, aut eo declaratur, quod uterque auctor eundem fontem adiit. Quae ut intellegamus, singula Philostratea scripta perquiramus.

I. Consensus communi fonte efficitur:

α. Ex vita Apollonii afferantur haec, quae omnia ad Platonem redeunt:[1])

II. 27: παράδεισος ἦν . . . ᾧ μέσῃ κολυμβήθρα ἐνωρώρυκτο πηγὰς ἐκδεχομένη ποτίμου τε καὶ ψυχροῦ ὕδατος.

Arist. I. 3: ἡ δὲ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῇ πλατάνῳ ῥεῖ ὕδατος εὖ μάλα ψυχροῦ.

Vit. Ap. III. 27: ἡ γῆ ὑπεστόρνυ πόας μαλακωτέρας ἢ αἱ εὐναί.

Arist. I. 3: καὶ πόα μαλθακή, ἐφ' ἧς ἥδιον κατακλιθῆναι ἢ ἐπὶ τῶν πολυτελεστάτων δαπέδων.

Vit. Ap. VII. 11: ἱζησάντων δὲ ὑπὸ πλατάνων οἱ μὲν τέττιγες ὑποψαλλούσης αὐτοὺς τῆς αὔρας ἐν ᾠδαῖς ἦσαν.

Arist. I. 3: ἔτι δὲ τὸ ἔμπνουν τῆς αὔρας λιγυρὸν ὑπήχει τῷ μουσικῷ τῶν τεττίγων χορῷ.[2])

β. ex Heroico addam exemplum unum:

182, 30: ἀστακτὶ δακρύει.[3])

Arist. I. 22: ἐδάκρυε ἀστακτί.

II. Loci incerti sunt:

Heroic. p. 131 (Kayser): ἡδὺ γὰρ ἀναπνεῖ τῶν φυτῶν. δρέπου τῶν φύλλων μᾶλλον, ἐκείνων γὰρ τὸ ὀδωδέναι.

Arist. I. 3: καὶ τούτων ἐκδρεψάμενος φύλλον ὑπεμάλαττον τοῖς δακτύλοις, εἶτα τῇ ῥινὶ προσάγων γλυκυτέρας ἐπὶ πλεῖστον εἰσέπνεον εὐοσμίας.

Heroic. p. 131: πάντα ὡς ἀμβροσία ἡ ὀσμή.

Arist. I. 12: ὁ μὲν τράχηλος αὐτῆς ἀμβροσίας ὄδωδε.

Ex Gymnastico nullus omnino locus afferri potest.

Quae cum ita sint, nemo dubitabit, quin Aristaenetus reliqua Philostratea scripta neglexerit et ad epistulas tantum et praecipue ad imagines redierit.

Iam ad finem commentationis pervenimus, qua effectum esse puto, ut inter scripta ab Aristaeneto studiose usurpata Platonis dialogos et Philostrati senioris imagines eminere eluceat.

---

1) Uterque auctor ad Platonis Phaedrum redit, cf. p. 18.

2) Cf. p. 18.

3) Cf. Plat. Phaedr. 117 C.

Argumentum.

Prooemium 1
Caput I.
A. De argumentis amatoriis ab Aristaeneto propositis 3
B. De rebus singulis, quae in Aristaeneti epistulis cum rhetorum artificiis amatoriis congruunt 4
C. De Aristaeneti genere dicendi 7
a. De verborum temporibus commutatis. 7
b. De proverbiis 9
c. De comparationibus 10
d. De formulis, quibus dei invocantur 10
D. De rhetorica dictione 11
1. De asyndetis. 11
2. De polysyndeti usu 12
3. De anaphora. 12
4. De geminatione 13
5. De paronomasia 13
(α. polyptota. β. aliae annominationes.)
6. De comparibus 14
(α. pura comparia. β. isocola cum contrapositis. γ. isocola cum homoeoteleutis.)
7. De alliteratione 15
8. De litote 15
Caput II.
Quos auctores Aristaenetus imprimis compilaverit 16
α. De Platonis scriptis ab Aristaeneto compilatis 16
(1. Apologia Socratis. 2. Euthyphron. 3. Lysis. 4. Charmides. 5. Gorgias. 6. Phaedrus. 7. Convivium. 8. Theaetetus. 9. Respublica. 10. epistula Platonis VII.)
β. Quae Aristaenetus Luciano debeat 22
γ. De Alciphrone 24
δ. De Xenophonte Ephesio 25
ε. De Achille Tatio 27
ζ. [De Libanio] 28
η. De Philostrato 28
A. Quae ratio intercedat inter Philostrati senioris et Aristaeneti epistulas eroticas 28
B. Quae Aristaenetus e Philostrati senioris imaginibus sumpserit 32
C. Num Aristaenetus reliqua quoque scripta Philostratea expresserit 50



Vita.

Natus sum Iosephus Carolus Pietzko die VI. mensis Februarii anni 1881 in Silesiae superioris vico, cui est nomen Hohenlohehütte, patre Iosepho, matre Ottilia e gente Zimmermann, quam, cum patrem praematura morte abreptum doleam, adhuc superstitem maxime gaudeo. Fidem profiteor catholicam. Litterarum elementis imbutus gymnasium Kattowitzense adii, quod vere anni 1903 testimonium maturitatis adeptus reliqui, ut in universitate Vratislaviensi studiis philologicis navarem. Philosophorum ordini adscriptus per octo semestria scholas frequentavi.

Docuerunt me viri doctissimi:

Baumgartner, Cichorius, Ebbinghaus, Foerster, Freudenthal †, Hoffmann, Jacoby, Kampers, Kaufmann, Nikel, Norden, Sdralek, Skutsch, Wendland.

Per tria semestria proseminarii philologici et archaeologici exercitationibus interfui; seminariorum philologici, archaeologici, historici, philosophici fui sodalis ordinarius moderantibus Foerstero, Nordeno, Skutschio, Wendlandio, Cichorio, Kampersio, Ebbinghausio.

Quibus omnibus iustas ac debitas et nunc ago gratias et semper habebo, maximas vero Foerstero, qui huic opusculo operam curamque impendere non desiit.

Theses.

1. In Aristaeneti epistula II 1 legendum est ἦρος δὲ παρακμάσαντος πέπαυται μὲν τὰ ἄνθη τοῦ λειμῶνος.
2. Euripides iam in primis fabulis arti rhetoricae studuit.
3. In Plinii n. h. XXXIV 84 cum Hauptio et Urlichsio lego *Boethi . . . infans ulnis anserem strangulat.*
4. Aristaenetus hiatum vitavit.





